



Ioannes Iacobus Chifflet.

COMICORVM GRAECORVM SENtentiæ, id est γνῶμαι,

Latinis versibus ab Henr. Stephano redditæ, & annotationibus illustratæ.

EIVSDEM HENRICI Stephani tetrastichon de his sententiis.

Quem permixta iocis offendunt seria multis,
Quem minus idcirco comica musa iuuat,
Paucis mixta iocis hinc seria plurima carpat.
Nanque cothurnata hic plurima soccus habet.

(Seneca)

ANNO M. D. LXIX
Excudebat Henr. Steph.





ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO, D. CHRISTOPHORO, COMITI PAlatino, Bauariae duci, &c.

QVicunque cum Flacco, uel potius cum ueteri prouerbio, uerum esse fatebitur, paruum parua decere, is & quod illi dicto est oppositum, ac uelut ex aduerso respondet, nimirū magnum magna decere, uerum esse fateatur necesse est. Quod quum ita sit, eò mihi deueniendum uideo, ut uel magnum hunc librum, qui alioqui pusillus est, appellē, aut te in numero paruorum habeā, aut denique nullam mihi seruandi decori curam esse profitear. Sed ne uel à me uel ab alio, quoquam paruus habearis, obstant magna uel maxima potius & animi & corporis & externa quę in te relucent bona. Ab illa autē neglecti decori suspicione, satis tibi cogniti perspectique mei mores facilè me apud te quoque liberabunt. Quid? an (quod unū relinquitur) pusillum hunc librū, magnum appellari posse arbitror? Imò uerò uocari magnū non solùm posse, sed debere etiam contendo. Quem-

admodũ enim magnus non desiit esse Hercules, quum paruos atque humiles Molorchi penates subiit: nec quæ pulchrę sunt gemmæ, magnæ, id est magni pretii, esse desinunt, quũ vili quopiam metallo includuntur: ita Menander (vt de cæteris in præsentia taceam) magnus poeta esse nõ desinet, magnus, inquam, in suo genere, quòd ego eius versus nõ magnis chartis, tanquã magna domo, exceperim, nec grandibus literis exarauerim. (quorũ vtrunque à me non ita pridem heroici carminis principes consequuti sunt) nec ideo minus gemmarum nomine dignos censebit eos, æquus iudex, quòd mea parui pretii interpretatione, tanquam vili quopiã metallo, cincti quodammodo circundatíque prodeant. Quum porrò & aliæ plurimæ extent aliorum poetarũ sententiæ quæ hoc gemmarum nomen itidem sibi vendicare, magnóque nobis in pretio esse debent, non immeritò certè Menandreæ istæ cęteris pretiosiores nobis videbuntur. Quid antẽ nobis illas potius quàm cæteras cõmendat? Is qui eis à summo doctrinę Christianæ antistite summóque Apostolo habitus fuit honos, quũ vnã ex earum numero delegit, qua consilio quod Corinthiis dabat, pondus atque autoritatẽ afferret. Quod ego tamen

non ita interpretor vt plus debere Paulũ Menandro quàm Menandrũ Paulo existimem: sed contrà, hunc illi nihil, illum plurimũ huic debere existimo. Si enim ea demum honorifica est laus quæ à laudato viro proficiscitur, quis maior quàm hic Menandro contingere honos potuit, vt aliquis ex eius versibus ore tam magnifici præconis arcanorum Dei pronuntiaretur, simúlque sanctificaretur? Sed postremum istud verbum legens, illustrißime princeps, verearis forsitan ne ego φιλομέναν-δρος, laudis erga illũ velim esse prodigus, dum eius versum sanctificatũ esse dico. Hunc igitur tibi scrupulũ ut eximã, (si fortè eum mea illa tibi verba iniecerint) uetustißimi pariter & maximi theologi Tertulliani uerbũ hac ipsa de re prolatũ usurpare me respondeo. Is enim ad uxorem scribens, Conuictũ (inquit) atque cõmercia Deo digna sectare: memor illius uersiculi sanctificati per Apostolũ, Bonos corrumpunt mores congressus mali. Verumenimuero quoniã mihi Menandrũ lauda[illegible] ranti, obiici meritò queat quo[illegible] culis laudatori obiectũ fuit: ni[illegible] Quis illũ uituperat? ne uerbũ quidem de eo scriptísue eius addere decreui. Quod tamen lusi tetrastichon de eo cæterísque pariter comicis (aut

otius, de cæterorũ comicorũ nonnullis) quorũ uersus complectitur is quẽ ad te mitto libellus, (id tibi non ingratam fore huius epistolæ coronidem sperans, attexui,

Quem permixta iocis offendunt seria multis,
Quẽ minus idcirco comica musa iuuat,
Paucis mixta iocis hinc seria plurima carpat.
Nanque cothurnata hic plurima soccus habet.

Accipe igitur soccum plurima cothurnata habentem, id est carmina stylo quidẽ comico texta, sed quibus intertextę sunt quę uel tragica grauitate dignę uideri poßint sentẽtiæ. Quo etiam nomine, maiore cum fiducia in cõspectũ eius principis prodibunt, cuius primã iuuentutem ac penè pueritiam Deus Opt. Max. tot dotibus cumulauit, vt (quod in tanta huius seculi corruptela prodigio simile est) in ea iam senilis cuiusdam grauitatis notæ appareant. Sed ne ego in fine epistolæ, decori eius [illegible]us videar, cuius seruandi me[illegible] esse me, in eius principio professus sum, nequaquã eos imitabor qui vt quæque epistola lõgissima est, ita & principe dignissimam esse indicant. Quasi verò magis prolixitatis amantes, aut certè minus eius

impatientes principũ quàm priuatorum aures esse debeant: & quasi longo eas sermone morari, (vt hîc quoque Flacci verbis utar) non sit in cõmoda publica peccare. Quorũ tamen è numero minus eos uenia dignos censeo quorũ longus ille sermo non de iis est quæ ad rem attinẽt, sed qui encomio & eo quidem κολακευτικῷ, magis quàm epistolę similis uideri possit. Verùm desino: ne aliis mei reprehendendi ansam præbeam, dum te iis ipsis uerbis diutius fortasse quàm par sit detineo, quibus eos qui principes nimis prolixo sermone detinent, reprehendo. Vale igitur illustriss. Princeps, & teipsum omni uirtutis genere perge superare, ut aliquando patriæ uel toti potius orbi singulari ornamento esse possis.

C. T. addictissimus Henricus Stephanus.



TRACTATVS HENR. STEPHANI

DE HABENDO DELEctu sententiarũ, quæ γνῶμαι à Græcis dicuntur.

DE sententiis, quas Græci γνώμας appellant, verba facturus, incipiam ab iis quæ Cornificius quidem primum, deinde verò & Fabius de generibus earum atque vsu scripta reliquerũt. Quibus & pauca quæ de iisdem tradidit Aphthonius, subiungam. Ita igitur Cornificius, aut quicunque alius Rhetorices ad Herennium est autor. Sententia (inquit) est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit. hoc modo, Difficile est plurimum virtutem revereri, qui semper secunda fortuna sit vsus. Item, Liber is est existimandus qui nulli turpitudini seruit. Item, Egens æquè est is qui non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. Itẽ, Optima viuendi ratio est eligenda: eam iucundã consuetudo reddet. Huiusmodi sententiæ simplices non sunt improbandæ: propterea quòd habet breuis expo-

fitio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiæ quod confirmatur subiectione rationis: hoc modo, Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocādæ: propterea quòd sola virtus in sua potestate est: omnia præter eam subiecta sunt fortunæ dominationi. Item, Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius sequuti sunt, hi simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Quum enim recessit ea res quę fuit consuetudinis causa, nihil superest quare possint in amicitia retineri. Sūt itē sententiæ quæ dupliciter efferuntur, & cum ratione, & sine ratione. Sine ratione, hoc modo, Errāt qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ se putant fugisse: sapienter cogitant, qui temporibus secundis, casus aduersos reformidant. Cum ratione, hoc pacto, Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur: propterea quòd ætas illa non est impedimento bonis studiis. At ii sapienter faciunt qui adolescentes maximè castigant: vt, quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare. Sen-

tentias interponi &c. Venio ad Fabium. is Institutionum oratoriarum libri octaui caput quintũ ita orditur, Sententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt. Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdã reliquias habet. Nam & iuraturi, ex animi nostri sentẽtia. & gratulantes, ex sententia dicimus. Non rarò tamen & sic loquuti sunt, vt Sensa sua dicerent: nam Sensus, corporis videbantur. Sed consuetudo iam tenuit, vt mente concepta Sẽsus vocaremus: lumina autem, præcipuéque in clausulis posita, Sententias. Quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Idcóque mihi & de generibus earum, & de vsu arbitror pauca dicenda. Antiquissimæ sunt, quæ propriè, quanuis omnibus idem sit nomen, Sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Vtrunque autem nomen ex eo acceperunt, quòd similes sunt consiliis aut decretis. Est autem hæc vox vniuersalis, quæ etiam citra complexum causæ possit esse laudabilis. Interim ad rem tantùm relata: vt, Nihil est tam populare quàm bonitas. Interim autẽ ad personã: quale est

Afri Domitii, Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidam, partẽ enthymematis, quidam initium aut clausulam epicherematis esse dixerunt: & est aliquando, non tamẽ semper. Illud verius, esse eam aliquãdo simplicẽ, vt eam quam suprà dixi: aliquãdo ratione subiecta. Nam in omni certamine qui opulentior est, etiãsi accipit iniuriam, tamẽ quia plus potest, facere videtur. Nõnunquã duplicem, Obsequium amicos, veritas odiũ parit. Sunt etiã & qui decem genera fecerũt: sed eo modo quo fieri vel plura possunt, per Interrogationem, Comparationem, Inficiationem, Similitudinem, Admirationem, & cætera huiusmodi. per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis, Mors misera non est, aditus ad mortem miser est. Ac rectæ quidem sunt tales, Tam deest auaro quod habet, quàm quod nõ habet. Sed maiorẽ vi accipiũt cõmutatione figuræ: vt, Vsque adeóne mori miserum est? Acrius enim hoc, quàm per se, Mors misera non est. Et translatione à communi ad proprium. Nam quũ sit rectum, Nocere facile est,

prodesse difficile: vehementius apud Ouidium Medea dicit, Seruare potui, perdere an possim rogas? Vertit ad personam Cicero, Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius, quàm vt possis, nec natura melius, quàm vt velis seruare quamplurimos. Ita quæ erant rerum propria, fecit hominis. Idin hoc genere custodiendum est, & id quidem vbique, ne crebræ sint, ne palàm falsæ. quales frequéter ab iis dicuntur qui hæc καθολικὰ vocant, & quicquid pro causa videtur, quasi indubitatum pronunciant. Et ne passim & à quocunque dicantur. Magis enim decet eos in quibus est autoritas, vt rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo, & quodammodo præcipiat? Hactenus & Fabius. Cuius verbis subiungam (vt me facturum promisi) ea quæ rhetor Græcus Aphthonius περὶ γνώμης tradidit. γνώμη, inquit, ἐστὶ λόγος ἐν ἀποφάνσεσι κεφαλαιώδης, ἐπί τι προτρέπων, ἢ ἀποτρέπων. Τῆς δὲ γνώμης τὸ μὲν, ἐστὶ προτρεπτικὸν, τὸ δὲ, ἀποτρεπτικὸν, τὸ δὲ, ἀποφαντικόν. καὶ τὸ μὲν, ἁπλοῦν, τὸ δὲ, συνεζευγμένον· καὶ τὸ μὲν, πιθανὸν, τὸ δὲ,

ἀληθὲς, τὸ δὲ, ὑπερβολικόν. Horum autē affert exempla: dicens προτρεπτικὸν sententiæ genus (id est hortatiuum, seu hortationem cō plectens) esse, vt, Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν· (qui versus est Homericus, ex Od. lib. ο) ἀποτρεπτικὸν verò (id est dehortatiuum, seu dehortationem complectens) vt, Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα. (qui versus est itidem Homeri, ex Il. β) ἀποφαντικὸν (id est, Quo pronuntiamus de re quapiam. ita enim malo interpretari ἀποφαντικὸν hoc præsertim in loco, quàm Sententiosum, cum Budæo: vt etiā in meo Thesauro linguæ Græcæ docui) vt, Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων. (quæ verba sunt Demosthenis in Olynthiaca prima) Quibus subiūgit exempla τοῦ ἁπλοῦ & τοῦ συνεζευγμένου. ἁπλοῦν enim (id est simplex) esse ait, vt, Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. (qui etiam versus est Homeri-Il. μ.) at συνεζευγμένον, (id est, connexum, vel copulatum) vt, Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω. Trium autem illorum, πιθανοῦ, & ἀληθοῦς, & ὑπερβολικοῦ, hæc subiūgit exempla. πιθανοῦ (id est probabilis, seu ve-

risimilis, vt τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος οἷς περ ἥδεται ξυνών. (quę verba ex tragœdia sumpta esse puto, & ita scribẽda esse, Τοιοῦτός ἐσθ' ἕκαστος οἷσπερ ἥδεται ξυνών) at ἀληθοῦς, (id est veri) vt Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν βίον ἄλυπον οὐδενί. (qui versus Euripidi adscribitur) ὑπερβολικοῦ denique (id est hyperbolen habentis) vt Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο. qui etiam versus est Homeri, Odyss. σ.

Superest vt de tribus his trium autorũ locis quod sentio pronuntiem. Dico igitur, nec Fabiũ, nec Aphthonium tam latè fines sententiæ seu γνώμης extendere, quàm latè à Cornificio extenditur, quum scribit, sententiam esse orationem quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit. Meritò autem non tãtùm dicit, Quid esse oporteat, sed & Quid sit. Qui enim ita loquitur, Obsequium amicos, veritas odium parit: item, Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet: qui inquam hæc aliáque huiusmodi profert dicta, nõ quid esse oporteat in vita, sed quid in ea sit, exponit. Cõmodè vicissim προτρεπτικὸν & ἀποτρεπτικὸν ad illam definitionis partẽ reducentur, Quid esse oporteat

in vita, non item ad hanc, Quid
in vita sit. Nam qui dicit, Χρὴ ξεῖ-
νον παρεόντα φιλεῖν &c. docet quid
in vita esse oporteat, simúlque ad
id faciendum nos hortatur : iti-
démque qui dicit, Οὐ χρὴ παννύ-
χιον &c. docet quid esse oporteat
in vita, id est, quātā ducis vigilan
tiā esse oporteat: simul ab indul-
gendo somnolentiæ, atque adeo
somno, dehortans. Cæterùm
quamuis illa verbā Quid sit, ἀπὸ
τοῦ προτρεπτικοῦ καὶ ἀποτρεπτι-
κοῦ excluserim, fateor tamen o-
bliquam quādam (vt ita loquar)
προτροπὴν & ἀποτροπὴν in quibus-
dam huius generis sententiis po-
sse nos imaginari. qui enim (verbi
gratia) hoc ait, Τοιοῦτός ἐσθ' ἕκα-
στος οἷσπερ ἥδεται ξυνὼν, non du-
bium est quin dum dicit, vnum-
quenque, prout horum vel illorū
consuetudine delectatur, talem
vel talē euadere: nos tacitè hor-
tetur vt etiam atque etiam atten
damus quibus nos in consuetudi-
nem demus. Eodem pertinet ille
Menandri valde celebratus & ab
ipso etiam apostolo Paulo cita-
tus versus, Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ'
ὁμιλίαι κακαί. Nisi malis hoc di-
ctum, aliaque quotquot eiusdem
formæ sunt, ἀποτροπὴν potius quā
προτροπὴν habere. Imò verò po-

ssumus vtranque ei tribuere, sed diuerso (vt ita dicam) respectu. Atque adeo illa etiam Demosthenis verba quæ ad tertium γνώμης genus, nimirum non ad προτρεπτικὸν, nec ἀποτρεπτικὸν, sed ad ἀποφαντικὸν refert, licet nobis rē aliquam faciendam aut non faciendam minimè proponant, si quidem ipsam orationis formam spectemus, inclusam tamen quandam & ipsa προτροπὴν habēt. Qui enim dicit, absque pecuniis nihil eorum quæ facto sunt opus, fieri posse, is certè eós quos alloquitur, ad cōquirēdas pecuniasquodāmodo hortatur. Nec tamē negauerim quæpiam esse inter dicta γνωμῶν, & sententiarum nomine comprehendi solita, quæ non perinde commodè ad προτροπὴν vel ἀποτροπὴν, sed nec ad ἀπόφανσιν referri possint. Cuiusmodi sunt ea quæ vel quanta humano ingenio sit insita peruersitas, vel quàm misera sit humanæ naturæ conditio, nobis ante oculos ponunt. Sed hæc aliáque id genus quo iure γνωμῶν appellationem sibi vendicent, aliis inquirendum relinquo. Illud quidem certè negare nemo possit, quò latius apud tres illos rhetores sententiæ & γνώμης appellationem patere vide

re vide

re videmus, tanto angustioribus finibus γνώμην apud veteres scriptores circunscribi: qui etiam γνώμας τῶν ποιητῶν, potius quàm γνώμας sine adiectione dicebant. ἔτι δ᾽ εἶπε (inquit Isocr. ad Nicoclem) ἐκλέξειε καὶ τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ᾽ αἷς ἐκεῖνοι μάλιστα ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν χρηστοὺς ταύτας διατεθεῖεν. Æschines in Ctesiphõtem, διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν᾽ ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα. Vbi obseruari etiam antiquum morem, ediscendas has poetarum γνώμας pueris proponendi. Quod vel vnũ argumento nobis esse potest, non quæcunque acutè seu argutè dicta essent, & aliquem etiam ad formandũ iudicium afferre vsum possent, γνωμῶν appellationẽ obtinuisse, sed ea præ cæteris quæ ad bene formandos mores accommodata forent. Quò respiciens & Xenophon in suo De venatione opusculo, scribit, vbi in sophistas inuehitur, ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτοῖς ἐζήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, αἷς ἂν παιδεύοιντο οἱ νεώτεροι ἐπ᾽ ἀρετὴν, οὐδαμοῦ. Quæ, quidem veterum scriptorum verba, quis & nobis habẽdus sit γνωμῶν

delectus, aut potius quæ dicta
γνωμῶν nomine à nobis insigniri
debeant, apertissimè docent.

Sed duo sunt præterea, quorũ
admonitum esse lectorem, multo
equidem magis eius interest: quæ
silentio tamen à vetustis etiã scri
ptoribus de γνωμῶν vsu differen-
tibus præteriri video: à nonnul-
lis certè qui poetarum senten-
tias excerpserunt ac collegerũt,
minimè animaduersa esse credi-
bile est. Vnum est, vt in vnaqua-
que sententia, cuius ore apud poe
tam pronuntietur expendamus:
alterum, vt serióne loquentis an
contrà iocantis verba sint, cõsi-
deremus. Quemadmodum enim
in dialogicis scriptis; eorum au-
tor ex variis personis vnam quã-
piam deligit, cuius ore suam opi-
nionem nobis aperiat & patefa-
ciat, ita minimè dubium cuiquã
esse debet quin à tragicis comi-
cisque poetis vna itidem perso-
na deligatur, cui potissimùm suã
opinionem adscribant, vel (quan
doquidem de poetis loquor) af-
fingant. Quod autem ad cæteros
attinet, hoc itidem controuersia
carere debet, eos, prout hanc vel
illam personam loquentem in-
troducunt, ita vel quæ ipsi sen-
tiunt, vel planè etiam contraria

canant. At verò vbi αὐτοπροσώπως (vt ita dicam) loquuntur, præterquam quòd eorum verba sunt interdum hominum qui vt alienum velut induūt affectum, sic alieno loqui ore dici possunt, & quidem ipsius etiam vulgi interdum : hoc quoque diligenter animaduertendum est, iocosa potius quàm seria nonnunquam eorum esse verba. Hæc autem quum ita sint, malè de poetis vel potius de poetarum existimatione merentur, qui pro eorum sententiis ac modo non dogmatis afferunt sine discrimine quæcunque ἀποφαντικῶς apud eos dicuntur. Quasi verò non cogantur, vt decorum seruent, impio quoque verba impia, tyranno tyrannica, petulanti petulantiam testantia, auaro consentanea auaritiæ, leui homini leuitate, stulto stultitia plena, denique vnicuique personæ, verba moribus eius aut etiam factis ac vitæ ipsi conuenientia affingere. Quum porrò αὐτοπροσώπως aliquid ἀποφαίνονται, quídni interdum, vel tanquam alieno loquentium ore, vel tanquam iocantium potius quàm seriò de re quapiam pronuntiantium, verba eorum esse credamus: quum & μίμησιν omni poeseως generi cō-

uenire, & ad delectationem non minus quàm ad vtilitatem comparata esse poemata non ignoremus? Nec tamen hæc à me ita dicuntur quasi nulla sint eorum seriò etiam fortasse suóque ex sensu loquétium dicta, quæ maximā reprehensionem mereantur. Quæ illa sunt pleraque quibus muliebrem sexum infamant, non tam in illum interim quàm in eum ipsum qui illius sicut & virilis creator est, apertissimè contumeliosi. Sed quis hæc ab ethnicis audire se miretur, quum huiusmodi vocibus ab eorum etiam ore qui in Christianorum albo nomen suū scriptum esse gloriantur, proficiscentibus, mensas, cœnacula, cōpita denique ipsa personare non ignoremus. Illa tamen ethnicorū dicta si propterea mirari minus, at non minus auersari minúsque respuere debemus. Vnde etiam factum est vt lectorem de his cōmonefacere, non minus propterea officii mei esse existimarim: vt nimirum admonitus (præsertim si tenera sit eius ætas) ab iis quæ aliquam afferre corruptelā possunt, sibi diligenter caueat. Multo tamē tutius foret, eos qui poetarum γνώμας excerpunt, talem delectum adhibere, & ni-

hil vnde sibi cauendum esset, cæteris admiscere, sed quæcunque eorum dicta huius generis sunt, tanquam γνωμῶν appellatione prorsus indigna prætermittere, præsertim quũ ea quæ excerpsũt, vsui puerorum velut dicata esse volunt. Extant alioqui nonnullæ magis etiam apertè impuræ atque adeo impiæ sententiæ, à me quidem certè omnes prætermissæ. Quarum è numero est hæc, quæ Menandro alioqui & ipsa adscribitur,

Ὁ πρῶτος εὑρὼν διατροφὴν πτωχοῦ τέχνην,
Πολλοὺς ἐποίησεν ἀθλίους. ἁπλοῦν γὰρ ἦν,
Τὸν μὴ δυνάμενον ζῆν ἀλύπως, ἀποθανεῖν.

Cum qua sententia prorsus conuenit hæc Antiphanis, adeo quidem vt in hac ad illam allusisse videri possit,

Ὅστις τέχνην κατέδειξε πρῶτος τῶν θεῶν,
Οὗτος μέγιστον εὗρεν ἀνθρώποις κακόν.
Ὅταν γὰρ ἀπορῆταί τις, ἂν μὲν ἀγρὸς ἦν,
Ἐλθὼν ἀπεκινδύνευσεν ἡμέραν μίαν,

Ἐστ' ἢ γεγονέναι λαμπρὸν, ἢ τεθνηκέναι.

Ἡμεῖς δ' ἔχοντες ἀῤῥαβῶνα τὴν τέχνην

Τοῦ ζῆν, ἀεὶ πεινῶμεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν.

Ἐξῶ τι μικρὸν διαπορηθῆναι χρόνον,

Τὸν βίον ἅπαντα τοῦτο δρᾶν ἀρκούμεθα. (sed pro ἐξῶ in principio versus penultimi reponendum censeo ἐξόν. Ab eodem autem impietatis aut certè plusquam Cyclopicæ inhumanitatis vel potius immanitatis feritatísque fôte manauit sententia quædam Plautina, qua dicuntur illi qui mendico dant, prorogare illi vitam ad miseriam. quasi videlicet sit illis ἄπλουν (vt Menandri verbo vtar) semel mori. Alibi tamé non dicit cum Menandro; τὴν τέχνην, id est artem, ποιεῖν ἀθλίους, id est reddere miseros: sed potius eos qui nullam didicere artem, magis cæteris esse miseros. Ita enim scribit,

Omnibus modis, qui pauperes sunt homines, miseri viuunt,
Præsertim quibus nec quæstus est, nec didicere artem vllam.

Extát porrò apud eundem comicum & aliæ sententiæ (si tamen

Ἀργύρεον ὅστι τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
Πρὸς τοῦτ', εἰ βούλει, πάντα σοὶ γε-
νήσεται·
Φίλοι, βοηθοὶ, μάρτυρες, συνοικίαι.
Hos quoque ita reddidi,
An cornu Amalthea fuisse existimas
Vt pingitur pictoribus, cornu bouis?
Argentum erat. quod possidere si
queas,
Mox cuncta presto nutu fuerint ad
tuum,
Testes, amici, socii, itémque pra-
dia. Sed in fine tertii versus Græci pro λέγε quidpiam aliud scribẽdum puto, sicut & pro duabus primis vocibus quarti versus, suspicetur præterea quispiã fortasse (nec immeritò) legendum δό-ξαι τί βούλει, vt habetur in vno ex sequentibus Menandri versibus, qui & in cæteris verbis cum hoc cõuenit: quinetiam illorum vltimus cum vltimo horum multa communia habet. Atque adeo totus locus eodem quò & hic pertinet. Ita enim Menander,
Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι
λέγει,
Ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀ-
στέρας·
Ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι
θεοὺς,

Τὸ ἀργύρεον ἡμῖν καὶ τὸ χρυσίον
Ἱδρυσάμενος τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν.
Εὖξαι τί βούλει· πάντα σοὶ γενήσεται,
Ἀγρὸς, οἰκία, θεράποντες, ἀργυρώματα,
Φίλοι, δικασταὶ, μάρτυρες. μόνον δίδου·
Αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

Hos etiam reddere Latinis istis conatus sum,

Epicharmus esse censuit quondam deos,
Ventos, aquã, terrã, atque solem & sidera:
Deos at ipse censeo perutiles,
Nummos pariter argenteos & aureos.
Hos nanque postquã collocaris in domo,
Quodcunque uis optato, continget tibi:
Fundi, domus, seruique, uasa argentea,
Et iudices, testes, amici. ipsos deos
Habes ministros, largiare si modò.

(Extat autem & Petronii Arbitri epigrãma magnã cum his versib⁹ affinitaté habens, tantam quidem certè, vt ad eos respexisse seu allusisse videri possit: præsertim in

duobus istis quibus ipsum clausit versibus,

Multa loquor: quiduis nummis præsentibus opta,
Et veniet. clausum possidet arca Iouem.

Redeo ad Sophoclē, (multas comicorum eiusdem argumenti versus prætermittens) cui adscribūtur hi versus,

σὺ δ' αὐτὸς, ὥσπερ οἱ σοφοὶ, τὰ μὲν
Δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου.

Quæ sententia continetur & hisce duobus senariis, quos etiam esse ipsius arbitror,

Τοῦ δ' μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος ἔνθα κερδανεῖς.

Eiusdem certè est & hic, lucri studium itidem commendans,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ.

Denique & hunc vel eius, vel alius cuiuspiam tragici esse puto,

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.

Minimè autem dubium est quin illum interpretari voluerit quicunque est autor huius versus apud Senecam, *Sine me uocari pessimum ut diues uocer.* (qui versus apud eum cum aliis aliquot legitur, sed qui falsò creduntur inter se cohærere: licet alioqui in-

ter se conueniant argumento. Sed & hosce duos illi subiunctos alicubi legere me memini,

Κρεῖσσον γάρ ἐστι σώζοντα τοὺς θεῶν νόμους
Πένητα γαμεῖν, δόξαν ἠμποληκότα.

SED Auaritiæ causam suam defendenti silentium hîc imponendum censeo: ne Virtus suæ patrocinari ad minorem aquæ mensuram cogatur. Si igitur attentas illi aures præbuimus, multo nunc libentius attentas huic præbeamus: quippe quum huius oratio tædium quo eas verba illius affecerant, sit leuatura: atque adeo, si vtriusque sententiæ, flores vocari debent, quum grauëolentiam florum illius suaueolentes huius flores sint discussuri. Audiamus igitur Virtutem partim apud eosdem poetas, partim apud alios, ita sibi patrocinantem, simúlque tot improba Auaritiæ verba paucis refutantem. Dicéti illi, Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ, hæc respondet,

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.

Et hæc,

Ὄνειδος αἰσχρὸς βίος, ὅμως κἂν ἡδὺς ᾖ.

Item,

Τὸ δὲ παρ' δίκαν γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτά.

Necnon ista,

Ὅτ' ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβοις,
Τοῦ δυστυχεῖν νόμιζε ἀῤῥαβῶν' ἔχειν.

Hæc præterea,

Μὴ πάντοθεν κέρδαινε· σαυτὸν αἰσχύνου.
Τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν, ἔχει φόβον.

Illi verò commendationi diuitiarum, tanquam felicem sui possessorem reddentium, cum alia multa, tum hæc opponentem audimus,

Μὴ πλοῦτον εἴπῃς. οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
Ὃν χὼ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

Item,

Γίνοιτο κἂν ἄπληστος ἐν τιμαῖς ἀνήρ.

Hæc quoque,

Οὐδὲν κακίων πτωχὸς, εἰ καλῶς φρονεῖ.

Necnon ista,

Τῶν πολλῶν καλῶν τίς χάρις, εἰ κακοβούλους φροντὶς ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

Item,

Σοφὸν πένητα μᾶλλον ἢ Μίδαν κακόν.

Et hæc; (κακῶς.

Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν

Hæc inſuper,

Πένης μέν ἐστι, τὸν τρόπον δὲ πλούσιος.

Iſta etiam,

Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν, τὰ δ' ἄλλα χρήματα (βίου.

Ταῦτ' ἐστὶν ὄψις, παραπέτασμα τοῦ

Et hæc denique,

Τυφλόν γε πλοῦτός ἐστι, καὶ τυφλοὺς ποιεῖ

Τοὺς ἐμβλέποντας αὐτῷ.

His ipſam Virtutem, ad ſui defenſionem, velpotius ad Auaritiæ accuſationem, cõtentam fore exiſtimo. Sed apud quos iudices vtranque partem agere cauſam ſuã iubebimus? Non apud alios (ſi meo res permittatur arbitrio) quàm eos qui, quum Euripides in tragœdia hoſce verſus pronuntiaſſet, Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς, Ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει, &c. ad eiiciendũ & actorem & carmen vno impetu conſurrexerunt, donec Euripides in medium proſiliit, petens vt expectarent, viderẽtque quem admirator auri exitum inueniret. Quibus profanis hominibus niſi magis eſſe profani velimus, quæ dicta in numero γνωμῶν nobis ponẽda ſint, etiã atq; etiã videamus.

COMICORVM GRÆcorũ γνῶμαι, id est sententiæ, cum Latina interpretatione & scholiis.

DE ALEXIDE CO[MI]CO, ex Gregorio Gyraldo.

Fuit Alexis, Thurius poeta, Me[nan]dri Comici patruus. (si πάτρως a[uun]culum significat, vt volunt [qui]dam) Hic inter Comœdias, quas [mul]tas scripsit, vnam de Pythagora (vt Gellius ait) edidit. Visus est A[lexis] in suis fabulis Meropide & Anc[ylio]ne Platonem diuinum philosophū [car]pere. quod Diogenes annotauit. [Item] Alexin dicere solitum accepimus, [Athe]nienses ideo laudari oportere quò[d cæ]terorum Græcorum leges cauent [vt à] liberis parentes educentur, Athe[nien]sium verò, non omnes, nisi ij qui [libe]ros bonis artibus erudijssent. Plu[tar]chus in eo qui inscribitur, Quon[modo] oporteat iuuenem audire poemata, [A]lexin ait de voluptate præcepta [tra]didisse. vnde & Athenæus eius a[ffer]cat versus de vino Lesbio: ait enim [po]culo Lesbio nihil suauius. Alibi P[har]macopolam eius fabulam citat, in [qua] de ostreis & echinis agit. Guli[osum] quoque ipsum, id est ὀψοφάγον, v[ocat] Samius Lynceus: atque ideo etia[m] maledicis malè audiebat. Extat [Ale]xidis de homine dormiente grip[hus:] Nō mortalis, (inquit) neque imm[orta]lis, sed quandam vtriusque haber[e si]militudinem, ut partim neq; hom

nat, nec deus. hoc uerò planius in nostro Ænigmatωn libello ad te Pice scripsimus. De Alexide & Vitruuius libro sexto meminit, & eum sequutus Petrarcha, in ecloga de Poetis. Vixit uerò Alexis usque ad extremam senectutẽ, ut est apud Stobæum. Vnde quum eũ uix præ senectute incedentem quidam interrogasset, quid agis, Alexi? Paulatim (inquit) morior. Hic præterea filium habuit Stephanũ nomine, qui & ipse mediæ comœdiæ poeta fuisse perhibetur.



EX ALEXIDE.

Ἅπαντα τὰ ζητέμεν' ἐξευρίσκεται,
Ἂν μὴ προαποστῇς, μηδὲ τὸν πόνον φύγῃς.
Ὅπου γὰρ εὑρήκασιν ἄνθρωποί τινες
Μέρος τι τῶν θείων, τοσούτῳ τῷ τόπῳ
Ἀπέχοντες, ἄστρων ἐπιτολὰς, δύσεις,
τροπὰς,
Ἔκλειψιν ἡλίου· τί τῶν κοινῶν τε καὶ
Τῶν συγγενῶν δύναιτ' ἂν ἄνθρωπον
φυγεῖν;

INTERPR.

Nil est quod inuenire tandẽ nõ queas,
Dũmodo laboris non prius te tædeat.
Si nanque partem maximam cælestium
Reperere rerum, dissitarũ tam procul,

Aliqui homines, cōuersiones siderum,
Ortúsque & occasus, (ita varios licet)
Solisq; defectū: quid? humana vlla res
Adeo latebit vt inueniri non queat?

Pulchrè argumentatur Alexis à maiore ad minus, vt probet quod primo versu propôsuit, multíque alij poetæ testati sunt. Quorũ è numero est Menander, ita scribens, ἁλωτὰ γίνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα. id est, *Labore quiduis sedulo expugnabile.*

EX EODEM ALEX.

Εἰ τοῦ μεθύσκεσθαι πρότερον τὸ κραιπαλᾶν
Παρεγίνεθ' ἡμῖν, οὐδ' ἂν εἷς αὐτὸν ποτε
Προσίετο πλεῖον τοῦ μετρίου· νυνὶ δὲ τὴν
Τιμωρίαν οὐ προσδοκῶντες τῆς μέθης
Ἥξειν, προχείρως τοὺς ἀκράτους πίνομεν.

INTERPR.

Si, factus esset antequam quis ebrius,
Caput grauare iam soleret crapula,
Potare nemo vellet vnquam largius.
pœnã sed istã se manere haud cogitans,
Ad pocula auidus est meraca quilibet.

Habentur infrà Clearchi versus idem omnino sonãtes: quorum primus est, Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἑκά-

στῆς ἡμέρας. Tam ſunt autem per omnia ſimiles iſtis, vt alter poeta ex altero ſumpſiſſe, meritò dici poſſit. Cæterùm quod ad meraca pocula & ad crapulam attinet, extant huiuſ Alexidis iocoſi verſus, quibus negat meracum bibi: quòd vinum in ipſis quibus aduehitur plauſtris, iam dilutum vendatur à cauponibus, non quòd ea ex re quæſtum captét illi quidem, ſed vt emptorum capitibus conſulant, quibus alioqui periculum eſſet à crapula. Eius verba ſunt hæc, -πωλοῦσι γὰρ
Ἐν ταῖς ἁμάξαις εὐθέως κεκραμένον,
Οὐχ ἵνα τι κερδαίνωσι, ἀλλ' δὲ ἀνουμένων
Προνοούμενοι, τοῦ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν
Ἐκ κραιπάλης. Siquem porro & hîc phyſiologia delectat, ingenium ſuũ exerceat in conciliandis iis quæ de mero hic poeta cæteríque ſentiunt, cum Ariſtotelis ſententia, ab eo declarata Probl. ſect. 3, quæſt. 15. Ibi enim rationem inquirit cur ex vino modicè diluto magis poſtridie doleat caput quàm ex mero. Quod tamen (vt verius loquar) non tanquam ſententiam ſuam, ſed tanquã rem vſu etiam compertam refert.

EX EODEM ALEX.

Ὁμοιότατος ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν

Τρόπον τιν' ἐστί. τὸν γὰρ οἶνον τὸν νέον
Πολλή γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι,
Πρώτιστον ἀφυβρίσαι κἀπανθῆσαι,
πάλιν
Σκληρὸν γενέσθαι. παρακμάσαντα δ'
ὧν λέγω
Τούτων ἁπάντων, ἀπαρυθέντα τὴν ἄνω
Ταύτην ἄνοιαν ἐπιπολάζουσαν, τότε
Πότιμον γενέσθαι, καὶ καταστῆναι πάλιν,
Ἡδύν θ' ἅπασι τοὐπίλοιπον διατελεῖν.

INTERPR.

Natura uini & hominis est simillima:
Necesse siquidē utrūque deferuescere,
Necesse despumare sordes plurimas,
Et asperum esse postmodo. at uergente iam
Ætate, defæcarit aliquas si bene,
Residere, & esse potui aptum denique,
Gratúmque reddi tempore reliquo omnibus.

In hisce versibus reddendis liberior fui, quòd ipsa autoris verba in locis aliquot nō haberi, sed spuria quædam locum eorum occupasse existimem. In quarto certè versu licet ἀφυβρίσαι & ἀπανθῆσαι legere maluerim cum Athenæo, (vel potius cum vulgatis Athenæi exēpl.) ne illa quidem lectio tamen suspicione mendi apud me caret. Cæterùm Antiphanes hominum vitam cum vino cōparauit, sed in eo quòd illi quoque acescere contingit quū

parua eius portio superest. quod eius dictum suo commemorabitur loco.

EX EODEM ALEX.

Οὐδέν γ' ἔοικ' ἄνθρωπος οἴνῳ τὴν φύσιν.
Ὁ μὲν ἀπογηράσκων γὰρ, ἀηδὴς γί-
γνεται,
Οἶνον δὲ τὸν παλαιότατον σπουδάζομεν.
Ὁ μὲν δάκνει γὰρ, ὁ δ' ἱλαροὺς ἡμᾶς
ποιεῖ.

INTERPR.

Natura vini hominisque dissimillima.
Hominē senecta reddere inuisum solet,
Cōtrà uetustū ꝑplacet uinū omnibꝰ:
Nanque ille mordet, at hilares hoc
nos facit.

Hîc negat Alexis quod in proximè præcedentibus versiculis affirmauit: sed diuersa ratione nitens, & aliud hîc quàm illic respiciens. Atque ita concilianda sunt multa eorundem poetarum dicta inter se pugnantia, siue iocantium, siue seriò loquentium: vt alibi docui. Cæterùm quædam exemplaria postremum versum ita scriptum habent, *ὅτι οὐ δάκνει, ἀλλ' ἱλαροὺς ἡμᾶς ποιεῖ*. Sed alteram lectionem huic prætuli, vt dicatur morosus senex *δάκνειν*, id est mordere. ꝙ seni itidē ab Aristophane tribuitur in Vespis,

Sic autem Latinos Adlatrare, Oblatrare, Elatrare, à canibus & ipsa trāſferre ad homines videmus. Quod autem ad primum verſum attinet, eum reddidi & ita, *Natura nini hominiſque multum diſcrepant*: ſed altera interpretatio magis placuit, vt primus hic verſus clauderetur vocabulo contrario ei quo clauditur verſus primus ſententiæ proximè præcedentis.

EX EODEM ALEX.

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος, οὔτε χρήματα,
Οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

INTERPR.

Nullius arcis, nullius pecuniæ
Cuſtodia æquè difficilis ac fœminæ.

VEL SIC,

Munimen omne, qualibet pecunia
Cuſtodiuntur facilius quàm fœmina.

Multa in hanc ſententiam à veteribus poetis dicta fuiſſe conſtat: ac præſertim ab Euripide. cuius cū alii, tum iſti hac de re extāt verſus,
Μοχθοῦμεν ἄλλως θῆλυ φρουροῦντες γένος, Ἥτις γὰρ αὐτή, &c.
Idē teſtatur Phocylides hoc verſu,
Κάλλος δυστήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι.
Omnium autem feſtiuiſſimè dixit Apollodorus, nullas eſſe fores tam

bene obseratas vt per eas felis & adulter ingressum non inueniant. Hinc certè fit vt poetæ quidam diligenter custodire fœminas præcipiãt (& nominatim etiam virgines, vt quum dicit Phocylides in duobus versibus qui proximè præcedũt eum quem modò citaui,

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς)

alii contrà clament, eos qui custodiam adhibere illis volũt, oleũ atque operam perdere: quod legimus nõ solùm in illis Euripidis versib⁹ quos modò protuli, sed & in isto,

Τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον φρουροῦντας; Cuius dicti rationem hanc subiungit,

—αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι, πλέον
Σφάλλουσιν οἴκους τῶν παρημελημένων.

Sed hac de re dicam & in Menandro, cuius elegantissimi de ea extãt versus, & cũ Ouidianis optimè conuenientes.

DE AMPHIDE CO-
mico ex Gregorio Gyraldo.

Post erat Amphis Amphicratis filius, Atheniensis comicus, cuius meminit Suidas. Vixit uerò Platonis ætate, (ut Laertius scribit) quē & carminibus perstrinxit. Huius præterea Hyginus & Arati interpres, necnon Athenæus, carmina frequenter in medium adducunt.



EX AMPHIDE.

Ἐν οἷς ἂν ἀτυχήσῃ τὶς ἄνθρωπος τόποις,
Ἥκιστα τούτοις πλησιάζων ἥδεται.

INTERPR.

Vbi quis ullū passus infortunium est,
Lubēter illum nō propinquat ad locū.

Hoc dictum Naso exemplis aptissimis confirmat, 2. De Ponto, El. 7. postquam enim dixit, *sed me timor ipse malorum Sæpe supernacuos cogit habere metus*: subiungit,

Da ueniam quæso, nimióque ignosce timori.
Tranquillas etiam naufragus horret aquas.

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnib⁹ unca cibis æra subesse putat.
Sæpe canem uisum longè fugit agna, lupúmque
Credit: & ipsa suã nescia uitat opem.

EX EODEM AMPH.

Ὅπου τις ἀλγεῖ, κεῖσε καὶ τὸν νοῦν ἔχει.

INTERPR.

Vbi quis dolorẽ sentit, ibi mẽs est quoque.

Ita legitur apud Stobæum hic versus, sed inuenitur apud Plut. in lib. De garr. cũ nomine χεῖρ' loco nominis νοῦ, hoc modo,

Ὅπου τις ἀλγεῖ, κᾆτι καὶ τὴν χεῖρ' ἔχει.

id est,

Vbi quis dolorem sentit, habet ibi manum.

Est autem sententia prouerbialis, aliis etiam linguis vsitata. Plut. in eo quem dixi libello ita eum sermoni suo accommodat ac si diceret, quemadmodum manum habemus vbi quid dolet, ita linguam habere nos solere vbi quid delectat. id est, cupidè loqui de rebus quæ nos delectant. Ad illud autem prouerbiale dictum pertinet illud Plauti in Persa, *Quasi lippo oculo meo meus herus utitur: manum abstinere haud quit tamen.*

EX EODEM AMPH.

Ὅς τις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πίθεται,
Αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.

INTERPR.

Adhibere nõ uult qui fidẽ iurãtibus,
Est ipsemet proclinis ad periurium.

Antiphanis versus (quorum primus est, Δίκαιον ὅταν τις ὀμνύοντι μὴ καταφρονῇ) lucé his afferunt, atque adeo hos velut exponunt. Sed cautius loquutus est Antiphanes, restringens illud ὀμνύοντι, hoc secundo versu, Ὧ μὴ σύνοιδε πρότερον ἐπιωρκηκότι. Quanquam ne sic quidẽ vsquequaque verum comperietur hoc dictum. Siquis enim conscius sit alicui non periurii quidem, sed alius sceleris, iure optimo fidem iureiurando eius derogabit. Sed nequaquam tam seuero examine in singulis poetarum dictis vtendum est, quũ sciamus eos in persona sua non loqui, sed decoro seruire, tribuendo conuenientem vnicuique personæ sermonem. Vt (verbi gratia) quum illa apud Antiphanem ex ore serui prodeant, decorum magis seruatur quàm si exactius loquutus esset. Itidem verò hîc ab Amphide induci loquentem vilem aliquam personam, aut certè quempiam è

vulgo, verisimile est. Optimè cõuenit alioqui hoc dictum cum vernaculo prouerbio, *Il semble à un larron que chacun luy resemble*: perinde ac si dicas, *Il semble à un perinre que chacun luy resemble.*

EX EODEM AMPH.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀτυχίας ἀνθρωπίνης
Παραμύθιον γλυκύτερον ἀνθρώποις
τέχνης.
Ἐπὶ τοῦ μαθήματος γὰρ ἑστηκὼς ὁ νοῦς
Αὑτοῦ, λέληθε παρεκπλέων τὰς συμφοράς.

INTERPR.

Solamen arte dulcius mortalibus
Non esse poßit omnis infortunij.
Mens nanque studio haud sentit arti dedita,
Mœroris oram se sui prȩteruehi.

Quod de arte hîc dicit, Naso de suis musis elegantissimè dixit lib. 5 Trist. eleg. 8,

Sic *animum tempúsque traho, méque ipse reduco*
A contemplatu semouéoque mali.
Carminibus quȩro miserarum obliuia rerum.
Prȩmia si studio cõsequar ista, sat est.

Dixerat autem antea,

Detineo studijs animũ, falléq; labores,

Experior curis & dare uerba meis.
Item De Pōto lib.1, eleg.6, de suis inutilibus (vt ipse appellat) artibus loquens,

Cōsequor ex illis casus obliuia nōstri:
Hanc messem satis est si mea reddit humus.

Denique libri quarti De tristibus elegiam 1 sic orditur,

Si qua meis fuērint (suerunt) nitiosa libellis,
Excusata suo tempore lector habes
Exul eram, requiésque mihi, non fama petita est,
Mēs intēta suis ne foret usq; malis.

Vide quot modis ingeniosus poeta expresserit sensum horum verborū λεληθέναι παραπλέοντα ταῖς συμφοραῖς.

DE ANAXANDRIDE COMICO, EX GREGORIO GYRALDO.

Post hos erat Anaxandrides Anaxandri filius, Camiraeus ex Rhodo insula, vel (vt alij scribũt) Colophonius, natus (vt creditur) Philippi Macedonis temporibus, Olympiade ferè C I. Fabulas sexaginta & quinque scripsisse, deciésque vicisse proditur. Ab hoc nonnulli volunt amores in scena primùm inductos fuisse & virginum raptus. Hic formoso admodum corpore & procero fuit, & delicijs deditus: vnde & comam praeter morẽ nutriebat. Tanta verò iracundia & animi indignatione afficiebatur quoties fabulam aliquam docuisset, nec ex ea victoriam reportasset, vt versus quos edidisset, scindere ac lacerare solitus esset, eósque ad vilißima quaeque rerum inuolucra destinare: dignum vtique malis carminibus supplicium. Scribit Eustathius in Ethica Aristotelis, vbi hoc Anaxandridae citat carmen,

Vrbs cõsulit leges pias quę negligit: Anaxandrides (inquit) contra Athenienses scripsit, quos sanctißimas quidem leges habere affirmabat, prauißimis tamen vti: quare ab eis fame atq; inedia mori coactus est. Quibus verbis

illud Ouidij in Ibin exponitur,

Viue parum stabili qui carmine lae-
sit Athenas,
Inuisus pereas deficiente cibo.

Non Athenas modò lacerauit Anaxā-drides, sed & diuum Platonem maledictis incessit, vt ait Laertius. Huius fabulas plerasque Athenaeus citat. Aristoteles in tertio Rhetoricorum, Gerontomaniam huius fabulā fuisse innuit: qui & alibi hoc eius celebrat, Satius esse mori quàm quid morte dignū facere. Citatur & à Macrobio.



EX ANAXANDRIDE.

Ὅστις γαμεῖν βουλεύεται, οὐ βουλεύεται
Ὀρθῶς· διότι βουλεύεται καὶ οὕτω γαμεῖ.
Πολλῶν κακῶν γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ τῷ βίῳ.
Ἢν γὰρ πένης ὢν τὴν γυναῖκα χρήματα
λάβῃ, ἔχει δέσποιναν, οὐ γυναῖκ᾽ ἔτι,
Ἧς ἐστὶ δοῦλος καὶ πένης. ἢν δ᾽ αὖ λάβῃ
Μηδὲν φερομένην, δοῦλος αὐτὸς γίνεται.
Δεῖ γὰρ τὸ λοιπὸν ἀνθ᾽ ἑνὸς τρέφειν δύο.
Ἀλλ᾽ ἔλαβεν αἰσχράν; οὐ βιωτόν ἐστ᾽ ἔτι,
Οὐδ᾽ εἴσοδος τὸ παράπαν εἰς τὴν οἰκίαν.
Ἀλλ᾽ ἔλαβεν ὡραίαν τις; οὐδὲν γίνεται
Μᾶλλόν τι τῷ γήμαντος ἢ τῶν γειτόνων.

Ὥστ' οὐδαμῶς ἥκιστά γ' ἁμαρτεῖν γί-
γνεται.

INTERPR.

Qui cogitat de nuptijs, non cogitat
Bene. cogitat enim, contrahit dehinc
nuptias:
Malorũ origo quũ fit hęc mortalibus.
Dotatã enim si fortè pauper duxerit,
Nõ iã ille coniugẽ, sed habet herã sibi,
Cui seruit: at si pauper aliquã duxerit
Nil afferẽtem, seruus ille rursum erit,
Dũ uictũ utriq;, nõ sibi tãtùm, parat.
Duxitne fœdã? uita dehĩc acerba erit,
Ac iam pigebit ingredi limen domus.
Duxitne formosã? nihilo erit hac ma-
Sui mariti quàm sua viciniæ. (gis
Ita in aliquod necesse ut incidat malũ.

Ad quam regulam exigendę nobis sint hæ poetarum querelæ, docui in præfatione huic opusculo præfixa. Sed quod ad posteriores versus attinet, meminisse nos oportet non solùm huius dicti, ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχράν, ἕξεις ποινήν· ἐὰν δὲ καλήν, ἕξεις κοινήν: id est, Si fœdã vxorem duxeris, pœnæ loco tibi erit: sin formosam, ea cæteris tecum cõmunis erit: (cuius dicti Bianti, necnon Bioni Borysthenitæ, item Antistheni adscripti, comicus hic exhibet nobis paraphrasin) verumetiã

quomodo id quidam conuertere soliti sunt: videlicet, ἐὰν μὲν αἰσχρὰν γήμω, οὐχ ἕξω κοινήν· ἐὰν δὲ καλήν, οὐχ ἕξω ποινήν. id est, Si fœdam duxero, non erit cæteris communis mecũ: sin formosam, non erit mihi pœnæ loco. Cæterùm illud ἁμαρτεῖν κακοῦ ad verbũ Latinè haud interpretari commodè possis, at Gallicè possis vel commodissimè, *Il ne peut faillir d'auoir du mal.*

EX EODEM ANAX.

Ὅστις λόγους γὰρ, παρακαταθήκην ὥς, λαβὼν
Ἐξεῖπεν, ἄδικός ἐστιν ἢ ἀκρατὴς ἄγαν.
Ὁ μὲν διὰ κέρδος, ἄδικος· ὁ δὲ τούτου δίχα,
Ἀκρατής· ἴσως δ' εἰσὶν ἀμφότεροι κακοί.

INTERPR.

Cõmissa cui sunt uerba ceu depositum,
Si retegit, est iniquus; aut est garrulꝰ.
Si spe lucri, est iniquus: hac sine, garrulus.
Cẽsendus autẽ uterq; pariter impꝓbꝰ.

Hic ἀκρατὴς est ὁ ἀκρατὴς στόμα ἔχων, vt loquitur Aristophanes, sed & ἀκρατέστομος composita voce alicubi me legere memini. Vt autem ἀκρατὴς alioqui est potius qui La-

tinè incontinens, sic etiam ἀκόλαστος. sed Euripides hoc itidem de lingua dixit initio Orestis, Ἀκόλαστον ἔχει γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον.

EX EODEM ANAX.

Οὔτοι τὸ γῆρας ἐστιν (ὡς οἴει πάτερ)
Τῶν φορτίων μέγιστον, ἀλλ' ὃς ἂν φέρῃ
Ἀγνωμόνως αὐτ', οὗτός ἐστιν αἴτιος·
Ὁ δ' εὐκόλως, ἐνίοτε κοιμίζειν ποιεῖ,
Μεταλαμβάνων ἐπὶ δέξι' αὐτοῦ τὸν
  τρόπον,
Λύπην ἀφαιρῶν, ἡδονήν τε προστιθείς.

INTERPR.

Nõ est senectus, (ut tu opinaris pater)
Onus grauissimum: sed impatientius
Qui fert, sibi ipse est autor illius malis:
Patienter at qui, sibi quietem cõparat:
Dũ dexterè eius morib⁹ se accõmodat.
Nec ille solùm detrahit molestiam,
Accersit aliquam sed uoluptatem sibi.

Additur in quibusdam exempl. hic versus, Λύπην δὲ ποιεῖ εἴ τις δυσκόλως ἔχει, sed & iacere & superuacaneus esse videtur. Sonat enim ad verbum, Mœrorem autem efficit siquis morosum se exhibet. At hic penultimus, Λύπην ἀφαιρῶν, ἡδονὴν τε προστιθεὶς, planè conuenit cum isto Philemonis Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει. quem ver-

ſum inuenies inter illos qui ex eo ſunt excerpti, claudentem videlicet illam ſententiam cuius principium eſt Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ δίαιτε. Cæterùm horum Anaxandridis verſuum ſenſus elegantiſſimè à Cicerone exprimitur in lib. De ſenectute, ita ſcribente, Moderati enim & nec difficiles nec inhumani ſenes tolerabilem ſenectutem agunt: importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. Sunt autem hæc apud eum Catonis verba, qui paulo antè dixerat, In hoc ſumus ſapientes quòd naturam, optimam ducem, tanquam deum, ſequimur, eíque paremus. Sed & hæc eiuſdem ſunt verba paulo antè, Quibus enim nihil eſt in ipſis opis ad bene beatéque viuendum, iis omnis ætas grauis eſt: qui autem omnia bona à ſeipſis petũt, iis nihil poteſt malum videri quod naturæ neceſſitas afferat: quo in genere eſt in primis ſenectus. Quod verò hic dicitur τῶν φορτίων μέγιστον, id eſt, onerũ omnium grauiſſimũ, illic vocatur onus Ætna grauius. Ita enim Scipio Catoni, Tum vel maximè quòd ſenectutem nunquã tibi grauem eſſe ſenſerim: quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt vt onus ſe Ætna grauius dicant ſuſtinere.

DE ANTIPHANE comico ex Gregorio Gyraldo.

Fuit inter antiquißimos poëtas Antiphanes Carystius, ab eo vsque tempore quo Thespis floruit, à quo & Comœdia & versus Antiphanius dictus est, vt est apud celebres tum Græcos tum Latinos grāmaticos. Verùm post hunc & alij plures fuere poetæ hoc nomine, non eadē tamē ætate, quorū vnus Smyrnaus, vel (vt alij putant) Cianus, vt verò Dionysius, Rhodius fuit, mediæ Comœdiæ poeta. Ex seruorum genere natus creditur, nonagesimatertia circiter Olympiade. patrem habuit Demophanem, vel (vt alij tradunt) Stephanum, matrem OEnoen. Innumerabiles autem ferè scripsit Comœdias: quidam CCC & LXV, alij CCXC fuisse prodiderunt: ex his tredecies vicit. Citantur quidem huius fabulę cum ab alijs, tum ab Athenęo & Stobæo. Filium Stephanū habuit Antiphanes, & ipsum comicum poetā, cuius fabulæ commendātur. In Chio mortuum esse Antiphanem annos natum LXXIIII, lego, eiúsque ossa Athenas tralata: Illud tamen nonnihil me mouit, quòd quidam eum Thessalum ex Larissa oriundum apud Græcos scripsere, versatúmque esse Athenis Olymp. XCVIII, sub Demosthe-

ne videlicet, habitúmque fuisse ingeniosissimum cum scribēdo, tum meditando. Sed hæc in medium relinquo: neque enim anxiè tempora sub examen contuli.



EX ANTIPHANE.

Ἅπανθ' ὁ λιμὸς γλυκέα πλὴν αὑτοῦ ποιεῖ.

INTERPR.

Iucunda prȩter se omnia efficit fames.

Hunc Antiphanis versum Erasm⁹ ita reddidit, (in prouerbio Optimum condimentū fames) *Præter seipsam cȩtera edulcat fames*. Notum est autem & illud Socratis dictum, Opsonium comparo in cœnam: quum videlicet longa deambulatione famem sibi excitaret.

EX EODEM ANTIPH.

Ἆρ' ἔστι λῆρος πάντα πρὸς τὸ χρυσίον.
Μόνον γὰρ ἀεὶ διαμένειν εἴωθ' ἀεί,
Τὸ χρῆμα δ' αὐτό· τῶν φίλων δὲ τοὺς τρόπους
Οὐδέποθ' ὁμοίως ζαγχαροῦσιν αἱ τύχαι.

Nag̃ merę sunt reliqua prę auro oĩa.
Hoc nãque solùm permanet dùrabile,
Saluo & colore. at studia amicorum,
uices
Fortunæ eodẽ pĩgere haud solẽt modo.

Hæc putanda sunt dici in alicuius auari persona. qualia sunt ista Eurip. in Cyclope,
Ὁ πλοῦτος, ἀνθρωπίσκε, τοῖς σοφοῖς θεός·
Τὰ δ᾽ ἄλλα κόμποι καὶ λόγων εὐμορφίαι. Illi autem quod de posthabendis pecuniæ amicis dicit Antiphanes, opponendum quod inter γνώμας Menandri refertur, Ἐν τοῖς δὲ δεινοῖς χρημάτων κρείττων φίλος. Opponendum & quod philosophus quidam scripsit, inueniri in tragœdiis qui exclament, Φίλων ἔρημος ὢ τάλας ἀπόλλυμαι: at nullum, qui exclamet, Χρημάτων ἔρημος, &c. Cæterùm quid pro αἰεὶ vel ἀεὶ reponendum sit, incertum est: at pro δ᾽ αὐτὸ legitur & τ᾽ αὐτό: sed malo ταυτό. vt sit ταυτὸ τὸ χρῶμα pro κατὰ τὸ χρῶμα, id est τῷ χρώματι: vt videlicet dicatur aurũ semper manere idem colore etiàm. id est, ita esse durabile vt ne colorem quidem suum amittat. Sappho quoque testatur de auro, ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυ-

σὸς, κεῖνον οὐ τὴς, ᾧ δὲ κὰς διώπτει.

EX EODEM ANTIPH.

Δέδοικ' ὅταν τις ὀμνύοντος καταφρονῇ,
Ὦ μὴ συνειδὴ πρότερον ἐπιωρκηκότι,
Οὗτος καταφρονεῖν τῶν θεῶν ἐμοὶ δοκεῖ,
Καὶ πρότερον ὀμόσας αὐτὸς ἐπιωρκηκέναι.

INTERPR.

Iurantis ille uerba qui temnit uiri,
Cui nullius sit conscius periurij,
Mihi uidetur esse contemptor deûm,
Periuriíque sibimet ipsi conscius.

Huc pertinent illi Amphidis versus suprà, Ὅστις γὰρ ὀμνύοντι μηδὲν πείθεται, Αὐτὸς ἐπιορκεῖν ῥᾳδίως ἐπίσταται.

EX EODEM ANTIPH.

Ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.

INTERPR.

In terra egenum satius est te uiuere,
Quàm nauigare possidētem plurima.

Quare? Quia (vt scribit Posidippus) Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακε κακόν. Cum quo dicto conuenit illud Terentii, *Nescis quid mali præterieris qui nunquam nauigaueris.*

Erãt verò & alii eiusdem Antiphanis versus in quibus nauigantium sortem deplorat. quorum primus est; Δύστηνος ὅστις ζῇ θαλάττιον βίον.

EX EODEM ANTIPH.

Ἐν πλησμονῇ γὰρ Κύπρις· ἐν δὲ τοῖς
κακῶς
Πράσσουσιν οὐκ ἔνεστιν Ἀφροδίτη βροτοῖς.

INTERPR.

Vt saturitatis assecla est sēper Venus,
Sic refugit illos quos premit penuria.

Non dubium est quin restringēda hic sit significatio huius generis loquendi κακῶς πράσσειν, quum ei opponatur πλησμονή. quod etiam me mouit vt ita interpretarer, perinde videlicet ac si οἱ πενίᾳ συζῶντες (vt loquuntur eleganter Græci) opponerentur τοῖς πλησμονῇ συζῶσι. id est, quibus res omnes vitæ commodæ non sunt solùm, sed etiam supersunt. Quū autem inter eas primum locum victus teneat, lubenter saturitatis appellatione sum vsus. Cæterùm Ouidius quoque dixit, *Non habet unde suum paupertas pascat amorem*. At Terentius, *Sine Cerere & Libero friget Venus*. Sed quū pauperibus Cereris & Bacchi non sit copia, eodem sensu putandus est

dixisse Ouidius illud, non ha
Paupertatem vnde suum amo
Pascat.

Extant alioqui plerique alii
uerbiales versiculi qui magis
illo Terentiano dicto conueni
quod ad verba attinet. dixit
Euripides,

Οἶνυ ἢ μὴ παρόντος ἐκ ἔστιν Κύπ

Id est,

Adesse Cypris non potest, vinū si a

Eiusdem refert Athenæus &
versum,

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πει
δ' οὔ.

Id est,

In saturitate Cypris, haud in fa
co. (quod enim quædā exempl
bent ἐν πλησμονοιῶτι, & interpr
ti sunt nonnulli In saturo, me
sum esse puto. Fuit autem pr
uis lapsus ex πλησμονῇ τοι in π
μονοιῶτι, & placuit πλησμονο
tanquam oppositum τῷ πεινῶ
sed an πλησμονεῖν Græcum sit i
bium voco) Cæterùm putat i
Athenæus Euripidem mutuatu
se illud ex istis Achæi versibus,

Ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρ
Οὐκ ἔστι. πεινῶσιν γὰρ ἡ Κύπρις πι

Id est,

Nam dum vacuus est vēter, haud
mæ est amor

Cuiquam. quia Venus est amara famelicis.

Huc pertinet & illud quod Clemens & Diogenes Laertius Crateti adscribunt,

Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μὴ, χρόνος.
Ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ,
Θεραπεία σοι τὸ λοιπὸν ἡ τήθω βρό-
Id est, (χος.

Fames amorē sedat, aut mora tēporis.
Quòd si neūtro flamma sedetur tua,
Medela superest una, laqueus gutturi.

Sed tertius versus Græcus vt prauam atque adeo infandum consilium continet, ita prauè mendoséque scriptus est: neque enim *θεραπεία* versum ingredipotest. idcóque reponendū censeo *θεράπευμα*. Sed & hoc sciendum est, apud Diogenē Laertium duobus versibus hoc Cratetis dictum conclusum haberi, his videlicet,

Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μὴ, χρόνος.
Ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρό-
χος. (ita enim legendum ibi est, nō *Ἂν δὲ τούτοισι*) Clemens autem huius dicti ita meminit, *οὗτος* [*ὁ Θηβαῖος Κράτης*] *ἐν ἄλλοις δὲ θυῤῥημόνως γράφει, τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκαταχέτου ὁρμῆς κατάπαυσμα ἐστὶ λιμὸν, εἰ δὲ μὴ, βρόχον.* Ita. n. vulg. edit. sed videtur omisisse librarius secundū illud

de remedio quód affert χρόνος: sicut pro καταπαυσμα mendosè scripsit κατάπλασμα, quod vulgata editio malè retinuit. Sed (vt tandem finiam) magis etiam Terentianum illud conuenit (si verba respiciatur) cum isto prouerbiali dicto quod in Græcis prouerbiorum collectaneis extat, Νεκρὸν Ἀφροδίτη Διονύσου δίχα καὶ Δήμητρος. id est, Mortua res est Venus sine Baccho & Cerere. In quo senario (si quidem senarium efficere putantur hæc verba) abundant duæ syllabæ: quinetiam illud νεκρὸν suspectũ mihi est.

Vt autem ad Antiphanis verba reuertar, cum sui quidem versus initium ex prouerbiali dicto sumpsisse puto (mutato tantùm τοι in γὰρ) pro illis autem verbis πεινῶντι δ' οὔ, sua & magis sermoni suo accõmodata (eundem alioqui sensum efficientia) posuisse. Imò verò credibile etiam est illa tantùm verba ἐν πλησμονῇ Κύπρις initio prouerbialiter iactata fuisse, deinde aliquem ea in versum recipere volẽtem, cætera attexuisse, & particulã τοι inseruisse. Vtut sit, sciendum est apud scholiastem Sophoclis (pag. 245 meæ editionis) haberi πεινῶσι, at πεινῶντι cum apud alios, tum verò apud Athenæum legi. Eundem

certè vterque numerus sensum efficiet : fuerit enim singularis pro plurali.

EX EODEM ANTIPH.

Ἐπὶ χρήμασ' ἰδὼν ἔμπορος φρονεῖ
μέγα,
Ὧν ἐστι πάντων ἐνίοτ' ἄνεμος κύριος.

INTERPR.

Mercator opibus insolens tumet suis,
Quum dominus harum saepe sit ventus tamen.

Reponendum suspicor ἐπὶ χρήμασιν δ' οὐν. nam in altera lectione & versus non stat, & constructio est suspecta, ἰδὼν ἐπὶ χρήμασι.

EX EODEM ANTIPH.

-κρύψαι Φειδία
Ἅπαντα τἄλλα τις δύναιτ' ἄν, πλὴν δυοῖν,
Οἶνόν τε πίνων, εἰς ἔρωτά τ' ἐμπεσών.
Ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων,
Καὶ τῶν λόγων αὐτῶν ὥστε τοὺς ἀρνουμένους
Μάλιστα τούτους καταφανεῖς πολλοῖς ποιεῖ.

INTERPR.

-celare, Phidia,
Praeter duo aliquis reliqua possit omnia.

Amore captus sit, aut sit ebrius.
Oculus ab ipsis etenim utrunque proditur,
Itemque uerbis: ut negare qui uolũt,
Ista euidenter arguant mendacii.

Οἶνον πίνων reddidi Ebrius. quia ita accipi manifestũ est ex iis quæ adiungit, videlicet de indicio quod dant oculi ac verba. Est tamen alioqui obseruatione digna hęc verborum istorum significatio, quæ in composito οἰνοπότης minus noua videri posset, nisi quòd οἰνοπότης de ebrioso potius quàm de ebrio dicitur: vt apud Matth. & Lucam, ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης. Quod autem de amore dicitur, eum non posse celari, idem & Ouidius aliquot testatur locis vt epist. 12,

Perfide sensisti. quis enim bene celat amorem?
Eminet indicio prodita flãma suo.

Et epist. 15,

Sed malè dissimulo. quis enim celauerit ignem
Lumine qui sẽper ꝓditur ipse suo?

Ibidem,

Qua licet & possum luctor celare furorem,
Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Et Metamorph. lib. 4.

Quóque magis tegitur, tanto magis æstuat ignis.

Sed magis ad verbum (vt ita dicam) respondent hi versus Statii illi Antiphanis dicto, in quo fit mentio indicii quod dant ipsa βλέμματα, id est oculi. hi inquam versus qui Achilleidos lib. 1 leguntur,

Nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis,
In vultus atque ora redit, lucémque genarum
Tingit, & impulsam tenui sudore pererrat.

Quæ certè ex his Sapphicis mutuatum esse Statium crediderim,

Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ', αὖ δὲ λεπτὸν
Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
Ὀμμάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημμ'· βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι.

Quæ Catullus ita interpretatus est,

Lingua sed torpet, tenues sub artus
Flamma demanat, sonitu suopte
Tinniũt aures, gemina & teguntur
Lumina nocte.

EX EODEM ANTIPH.

—ὅς τις ἄνθρωπος
Ἀσφαλές τι κτῆμ' ὑπάρχειν τοῦ βίου λογίζεται,
Πλεῖστον ἡμάρτηκεν. ἢ γὰρ εἰσφορά τις ἥρπακε

Τἄνδοθεν πωλεῖ τι, ἢ δίκην τὶς περιπεσὼν
ἀπώλετο.
Ἢ στρατηγήσας προσῶφλεν· χορηγὸς δ'
αἱρεθεὶς,
Ἱμάτια καὶ χρυσᾶ παρασχὼν τῷ χορῷ,
ῥάκκος φορεῖ.
Ἢ τριηραρχῶν ἀπήγξατ', ἢ πλέων ἑ-
άλωκέ που,
Ἢ βαδίζων, ἢ καθεύδων κατακέκοφθ'
ὑπ' οἰκετῶν.
Οὐ βέβαιον οὐδέν ἐστι πλὴν ὃς ἂν καθ'
ἡμέραν
Εἰς ἑαυτὸν ἡδέως τις εἰσαναλίσκων
τύχοι.
Οὐδὲ ταῦτα σφόδρα τι. καὶ γὰρ τὴν τρά-
πεζαν ἁρπάσει
Κειμένην αὖ τις προσελθών. ἀλλ' ὅταν
τὴν ἔνθεσιν
Ἐντὸς ἤδη τῶν ὀδόντων τυγχάνῃ κατε-
σπακὼς,
Τοῦτ' ἐν ἀσφαλεῖ νόμιζε τῶν ὑπαρχόν-
των μόνον.

INTERPR.

Possessionem quisquis in vita putat
Vllam esse firmam, fallitur lõgißimè.
Exactionem nam vel est in publicam
Exhausta prorsus cuipiam substantia,
Aut quis vocatus in ius & dãnatus est,
Mulctatus aut est administrato malè
Bello: creatus aut choragus, præbuit
Choro aureas vestes, at idẽ postmodo
Pannosus incedit: suam aut suspendio
Vitã ille clausit dũ trierarchus foret.

Vel ille terra est capt⁹, aut capt⁹ mari,
Aut à ministris dormiens cõfossus est.
Incerta cuncta prꝑter illa queis tuum
Curare genium dabitur in diem tibi.
Imò nec ista certa: nam quid si auferat
Mensam paratã quispiã, at semel tuis
Inserta postquam dẽtibus buccellulas
Extra periclum id esse demum credito.

Repono δέ' αὖ καθ' ἡμέραν, & εἰσαναλίσκων. Cæterùm pro his verbis καὶ γὰρ τὴν βάπτζαν ἁρπάσει κειμένην. αὖτις &c. facit totũ illud prouerbium, Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Cui Gellius respondere docet Latinum hunc versum, Multa cadunt inter calicẽ supremáq; labra. Quãuis autẽ trochaicis vsus hîc sit Antiphanes, nõ malè iambicis hîc quoque vti me posse existimaui.

EX EODEM ANTIPH.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν βαρύτερον τῶν φορτίων
Ὄντως γυναικὸς προῖκα φερούσης.

INTERPR.

Oneribus haud est grauius ullum ex omnibus, (tulit.
Quàm fœmina est dotem marito quæ

Audimus vnum ex satyricis poetis clamantem itidem, *Intolerabilius nihil est quàm fœmina diues.* Sed non dubium est quin ea præ-

fertim fit intolerabilis quæ dote maritum quoque suũ ditauit. Huc certè pertinentia multa aliorũ quoque comicorum dicta hoc in libro inuenientur. Quinetiam inter eas μονοστίχους γνώμας quæ sub Menãdri nomine circunferuntur; extat hic versus, Νύμφη δ' ἄπροικος οὐκ ἔχει παρρησίαν: quem ego aliquando suspicatus sum ex hoc ipso Antiphanis loco auulsum fuisse, vbi tertius esset. Vtut sit, aptissimè duobus illis hic attexi posse videtur.

EX EODEM ANTIPH.

Πενθεῖν δὲ μετρίως τοὺς προσήκοντας
φίλους.
Οὐ γὰρ τεθνᾶσιν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν
Ἣν πᾶσιν ἐλθεῖν ἔστ' ἀναγκαίως ἔχον
Προεληλύθασιν. εἶτα χ' ἡμεῖς ὕστερον
Εἰς ταυτὸ καταγώγιον αὐτοῖς ἥ-
ξομεν,
Κοινῇ τὸν ἄλλον συνδιατρίψοντες χρόνον.

INTERPR.

Modicè propinquos luge amice mi
tuos. *(prius*
Nam mortui haud sunt, sed iter emẽsi
Emetiendum cæteris quod omnibus.
Et in quod hi venere diuersorium,
In illud ipsum postmodum aggregabimur,
Reliquum omne tẽpus commoraturi simul.

Talia multa legimus apud eos qui libellos παραμυθητικοὺς scripse rūt, ex quib⁹ est Plutarchus. Quod autem ad primi versus interpretationem attinet, in ea lectioné quæ habetur hic non sequutus sum, vtpote quam nō posse ferri existimarem. neque enim sermonis Græci consuetudinem admittere puto προσήκοντας φίλους. Illum igitur versum ex coniectura ita reposui, Πένθει δὲ μετρίως τοὺς προσήκοντας, φίλε. vel φίλος (Atticè pro φίλε) ex quo facilior etiam in φίλους lapsus fuerit.

EX EODEM ANTIPH.

Πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπων.
Ὅταν εὐπορῶν γὰρ αἰσχρὰ πράττῃ πράγματα,
Τί τοῦτον ἀπορήσαντ' ἂν οὐκ οἴει ποιεῖν;

INTERPR.

Ingenij hominis opes solēt esse indices.
Nā fœda siquis perpetrat dū diues est,
Quid pauperatum non patraturum putas?

Ideo dicit opes indicare & arguere ingenium hominis, quòd quæ à paupere perpetrantur, ea perpetrare videri possit non sponte na-

turæ & ingenii sui velut ductu, sed impellente & adigente inopia. quæ propterea, sicut & fames, malesuada vocari potest. Nec dubium est quũ hoc nomine Solomõ extremã inopiã pertimuerit deprecatúsque sit, sicut & diuitias. Huc pertinet ille Menandri senarius, Πενία δ' ἀγνώμονας γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ.

EX EODEM ANTIPH.

Πρὸς γὰρ τὸ γῆρας, ὥσπερ ἐργαστήριον,
Ἅπαντα τἀνθρώπινα προσφοιτᾷ κακά.

INTERPR.

Mala ad senectutẽ, officinam ceu suã,
Humana tandẽ congregantur omnia.

Tale paulo pòst habes istud eiusdem poetę dictum,
Τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν, &c.

Tale & hoc quod scribitur ab autore dialogi cui nomen Axiochus, εἶτα λαθὸν ὑπεισῆλθε τὸ γῆρας, εἰς ὃ πᾶν συῤῥεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ δυσαλθές. Eodem pertinet hoc Terẽtii, *Senectus ipsa est morbus*: Eodẽ & hic senarius Φοβοῦ τὸ γῆρας· οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον. Illud autẽ λαθὸν ὑπεισῆλθε ex Cicerone (loquẽte itidẽ de senectute) reddere possis, Obrepsit.

Σφόδρ' ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος οἴνῳ προσφερής·
Ὅταν ᾖ τὸ λοιπὸν μικρὸν, ὄξος γίνεται.

INTERPR.

Est nostra uino uita quamsimillima:
Acescit, est quũ reliqua parua portio.

Docuit itidem Alexis suprà naturam hominis esse naturæ vini quadam in re simillimam: sed idẽ alibi in quadam ostendit esse dissimillimam. Quibus comparationibus non minus est scita hæc Antiphanis, & apta etiam. Quod enim vino contingit, quum parum in vase superest, nimirum vt deteri⁹ fiat atque adeo acescat, idem & homini seni contingere videmus, vt videlicet quum breue vitæ spatium superest, ætas quæ traducenda relinquitur, tanto sit deterior anteacta ætate quanto deterius est vinum vappa factum eo quod antea esse solebat. At quidam ἀνώνυμος in Anthologia Græc. epigr. hoc dictũ Antiphanis tetrasticho includens, & eo quidem paraphrastico, secus intellexit illud ὄξος γίνεται pro his enim dixit γίνεται ὀξύχολος· quæ etiam expositio rationi cõsentanea est. tetrastichon autem totum afferre libuit. Ita igitur ille,

Ἂν περιλειφθῇ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡδέος
οἴνου,
Εἰς ὀξὺ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον.
Οὕτως ἀντλήσας τὸν ὅλον βίον, εἰς τέλος ἐλθὼν
Γῆρας ὁ πρεσβύτης, γίνεται ὀξύχολος.

Sed non habet lingua Latina vocabulum quod τῷ ὀξύχολος respondeat, simúlque ad aceti appellationem alludat, quemadmodum ad ὄξους appellationem alludit ὀξύχολος. Quòd si etiam pluribus verbis vnum interpretari velimus, vix allusionem illam exprimemus: nisi nobis permittamus interpretari ὀξύχολος, ad acidam quandam iram procliuis. (nam acris ira locum hîc non habet) vt hic sit epigrammatis sensus, Si parum vini alioqui suauis relictum fuerit in vasis, in acetum id vertitur: eodémque modo senex, quum decurso penè toto vitæ spatio, ad extremam senectutem peruenerit, ad acidam quandã iram procliuis redditur. Sed haud scio an cũ bona Latinitatis venia acidam irã dicere liceat, hoc alioqui adiectiuo optimè cum nomine Acetum conueniente, quum Plautus acetum acidissimum dixerit: quod non itidẽ acerrimum quisquam (vt opinor) vocauit. Quam etiam ob causam acrem iram dicere hîc nolim.

EX EODEM ANTIPH.

Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίγνεται.

INTERPR.

Parere cuncta diligentiæ solent.

Habes infrà Menandri γνώμην, Ἁλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ Ἅπαντα. Sed & Alexidis versus huc pertinentes extant suprà, quorum primus Ἅπαντα τὰ ζητούμενα ἐξευρίσκεται. Tale verò est & illud Virgilianum omnibus notissimũ, *labor omnia uincit Improbus*. Quo ex loco non malè fortassis δοῦλα γίνεται verterit aliquis Vincuntur: sed Parent, Obsequuntur, Obediunt, propius accedũt ad δοῦλα γίγνεται, quod sonat ad verbum Serua fiunt, seu Serua sunt.

EX EODEM ANTIPH.

Τί φῄς; λαθεῖν ζητοῦσί τι, πρὸς γυναῖκα σύ

Ἐρεῖς τὸ πρᾶγμα; καὶ τί τοῦτο διαφέρει,

Ἢ πᾶσι τοῖς κήρυξιν ἐν ἀγορᾷ φράσαι;

INTERPR.

Quid ais? tacendum quod putas, an fœminę

Committis? imo quid aliud quàm si in foro

Denuntiares uoce præconũ omnium?

Quum in mulieribus taciturnitas mirum in modum commédetur, (iuxta illud Sophoclis, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει) garrulitatis contrà semper accusatæ fuerunt.

EX EODEM ANTIPH.

Τί δ᾽ οὐχὶ θανάτου μισθοφόρος, ὦ φιλτάτη,
Ος ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ᾽ ἀποθανούμενος;

INTERPR.

Nónne ille mortis est stipendiarius,
Qui morte quærit unde possit uiuere?

Elegantissimi sunt illi Antiphanis versus, qui sonant ad verbum, Quid? nónne mortis stipendiarius est, ô charissima, is qui viuendi gratia moriturus proficiscitur? Sed ego ἔρχετ᾽ ἀποθανούμενος ἕνεκα τοῦ ζῆν, putaui reddendum, Morte quærit vnde viuat, seu vnde possit viuere: quò iocũ ex ambigua significatione captatũ, ita retinerẽ vt interim ad vtram hoc referendũ sit, ostẽderẽ. Possit verò & ita reddi *Qui morte quærit unde sibi uitã paret?* Cæterùm pro τίς δ᾽ οὐχὶ repono τί δ᾽ οὐχί.

EX EODEM ANTIPH.

Τὸ γῆρας ὥσπερ βωμός ἐστι τῶν κακῶν.

Πάντ' ἔστ' ἰδεῖν εἰς τοῦτο καταπεφευ-
γότα.

INTERPR.

Senium malorum ara uelut est mor-
talibus:
Cõfugere ad illud cõspicantur omnia.

Eodem sensu dictum suprà fuit ab hoc ipso poeta, mala omnia ad senectutem, tanquam ad officinam suam, conuenire. Eodem pertinet quod alius quidam poeta dixit, senectutem esse λιμένα τῶν κακῶν, id est portum malorũ. Sed quod hîc appellatur ara ad quã omnia mala confugiunt, metaphoram à seruis sumptam habere videtur.

EX EODEM ANTIPH.

Τοῦ γάρ τις ἄλλου πρὸς θεῶν ὅπερ οὕ-
νεκα
Εὔξαιτο πλουτεῖν εὐπορεῖν τε χρη-
μάτων,
Ἢ τοῦ δύνασθαι προσβοηθεῖν τοῖς φίλοις,
Σπείρειν τε καρπὸν χάριτος ἡδίστης
θεῶν;
Τοῦ μὲν πιεῖν γὰρ καὶ φαγεῖν τὰς ἡ-
δονὰς
Ἔχομεν ὁμοίας. οὐχὶ δ' οἱ τοῖς λαμπροῖ-
σι γὰρ
Δείπνοις τὸ πεινῆν παύεται.

INTERPR.

Ecquos in usus aliquis à dijs expetat

Pecuniarum copiam quãmaximam,
Nisi sublenare vti laborantes queat
Suos amicos? atque fructum gratiæ
Serere, dearũ quæ suauißima omniũ?
Sũt nanq; potus, sunt voluptates cibi
Cunctis eædem, nec opipara conuiuia
Famem magis sedauerint.

Beneficentiam, esse eam ex virtutib⁹ qua homines proximè ad deos accederent, dixit olim quidam philosophus. Quò pertinentia multa dicuntur à Nasone libri 2 De ponto, elegia 9, appellante etiam regiã rem, succurrere lapsis. Cæterùm nõ dubium est quin deprauatus sit versus penultimi finis. nam vt alia omittam quæ suspectum erroris hunc locum reddere possunt, particula γὰρ locum hic nullum habet. ego itaque ex cõiectura particulam Magis addere in mea interpretatione non dubitaui.

EX EODEM ANTIPH.

Ὦ γῆρας, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἶ
Ποθεινὸν, ὡς εὐδαίμον· εἶθ' ὅταν
    παρῇς,
Ἀχθεινὸν, ὡς μοχθηρόν. εὖ λέγει τί σε
Οὐδεὶς, κακῶς δὲ πᾶς τις, ὃς σοφὰς
    λέγει.

O quàm senectus omnibus mortalib⁹
Expeteris, vt res fausta: sed quando aduenis,
Grauis es eisdem, ceu mala: atque neminem
Laudator esse qui tui uelit, inuenis,
Sed quisq; cōtrà, qui sapit, uituperat.

Idem de senectute dicit Crates, Οὐ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ, Ἀνιώμεθ'. οὕτως &c. quæ suo loco habebis. Idem verò & Menecrates de ea testatur hoc disticho in Anthol. Græc. epig.

Γῆρας ἐπὰν μὲν ἀπῇ, πᾶς εὔχεται· ἢν δέ ποτ' ἔλθῃ,
Μέμφεται. ἔστι δ' ἀεὶ κρεῖσσον ὀφειλόμενον.

Accusat quod adest senium quisque, at cupit absens.
Deberi hāc certè est omnib⁹ utilius.

Verto autem posteriorem versum ad verbum, quòd aptissimū videatur huic loco Deberi, id est ὀφείλεσθαι. perinde videlicet ac si diceret, Multo certè est satius eam nos expectare tanquam nobis debitam, quàm eam iam nobis esse persolutam. Cæterùm μέμφεται reddidi Accusat: quòd Cicero eadem in re eodem sit vsus verbo. ita enim ille in Catone maiore, Quam senectu-

tem, vt adipiſcantur omnes optât, eandem accuſant adepti. tanta eſt ſtultitiæ inconſtãtia atque peruerſitas. Poteram autem primum verſum ita incipere, *Accuſat præſens ſeniũ quiſque*: ſed ideo malui reddere *quod adeſt*, vt ambiguitatẽ vitarem.

EX EODEM ANTIPH.

Ὦ γῆρας, ὡς ἅπασι τοῖς ζητοῦσί σε
Ψέγειν, ἀφορμὰς παραδίδως τοῦ πράγματος.

INTERPR.

O quàm ſenectus, te uolenti carpere,
Materiem & ipſa copioſam ſuggeris.

Senium modis multis anſam ſui vituperandi præbere, ex iis quæ à Cicerone in lib. De ſenectute ſcribuntur, diſcere poſſumus. quatuor tamen præcipuè de cauſis vituperatur, ac miſera videtur: quòd à rebus gerendis auocet & abſtrahat: quòd corpus faciat infirmũ: quòd priuet omnibus ferè voluptatibus, quòd haud procul abſit à morte. Sed videtur intellexiſſe Antiphanes nouis in dies atque adeo in horas malis conflictari, quæ nouam itidẽ materiem vituperare eam volentibus ſuppeditent.

Digitized by Google

DE APOLLODORO comico ex Gregorio Gyraldo.

Apollodorus Gelous, poeta fuit Menãdri cōtemporaneus, (vt obiter quorundam exemplo σύγχρονον ita Latinè interpreter.) Fabulas multas composuit, inter quas hæ feruntur, Philadelphi, vel Ἀποκαρτερῶν: Δευσοποιοὶ, hoc est Tinctores: Hieria, hoc est Sacra: Grãmatodipnus, Pseudias, Sisyphus, Æschrio, & aliæ. Fuit verò inter primos atque præcipuos nouę comœdię poetas: à quo, teste Donato, Terẽtius Phormionem & Hecyram fabulas trãstulit. Fuerunt & tres alii Apollodori, primus quidem Tarsensis Tragicus, cuius fabulas has memorat Suidas, Ἀκανθοπλὴξ, hoc est spina percussus: Τεκνοκτόνος, hoc est (vt sic dicam) Naticida: Hellenes, Thyestes, Vlysses, Hicetides. Alius fuit Apollodorus Athenẽsis comicus, qui septem & quadraginta fabulas cõposuit, & de his quinquies tãtùm vicit. Vltimus Apollodorus fuit grammaticus, cui (vt scribit Plinius in septimo) Amphictyones Græciæ honorem habuere. Asclepiadis hic filius fuit, discipulus Panætii Rhodii philosophi, & Aristarchi grammatici. Hic primus genus illud poematis inuenisse traditur quod tragiambon appellatur.



EX APOLLO-DORO.

Ἀλλὰ χεδόν τι τὸ κεφάλαιον τῶ κακῶν
Εἴρηκας. ἐν φιλαργυρίᾳ γδ πάντ' ἔνι.

INTERPR.

Id nempe dicis omniũ quod est caput
Malorũ, auaritiã mihi quũ nominas.

Huc pertinet illud Pauli apostoli, ῥίζα γδ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. id est, Radix enim omnium malorum est auaritia. Sed & Bion hãc appellauit κακίας μητρόπολιν, id est vitiorũ metropolin. (liceat enim κακίας, quod nõ tam vitium hîc quàm vitiositatem sonat, plurali nomine reddere) Quibus addendum & Timonis dictum, duo malorum esse elementa, ἀπληστίαν & φιλοδοξίαν, id est inexplebilẽ diuitiarum auiditatem, & gloriæ appetitionem. Cæterùm particulam χεδὸν in mea interpretatione omisi, vt non necessariam, quòd ipse Apollodorus in posteriore versu dicat πάντ' ἔνι, sine vlla exceptione.

EX EODEM APOLL.

Ἐγὼ γδ ἐ τὸ πλοῦτον εἴδοιμ' ὅσος ἐςί,

Ἀλλ' ὅστις αὐτὸν κτῆται, εἰ ὑπέρτερος
Ἔσθ' ὧν ἔχει.

INTERPR.

Opum est aceruus quantus haud spe-ctauerim,
Sed an opibus possessor imperet suis.

Huc pertinentia habes apud Horatium cum alia, tum ista, *Imperat aut seruit collecta pecunia cuique*, epist. 10, lib. 1. Et quod de sene scribit in Arte poetica, *Quærit, & inuẽtis miser abstinet ac timet uti.* Et Sat. 1, lib. 1, *-congestis undique saccis Indormis inhians, & tanquã parcere sacris Cogeris, aut pictis tã quam gaudere tabellis*. Sic & Sat. 3 lib. 2, *Qui nũmos aurúmque recõdit, nescius uti Compositis, metuénsque uelut contingere sacrum.* Huc pertinet & illud vulgare dictum, & quidem vetus, *Tam deest auaro quod habet quàm quod non habet*. Quidam verò etiam dixerunt eum qui non est χρημάτων ὑπέρτερος, (vt loquitur Apollodorus) id est qui pecuniis se submittit, (nã Horatiano isto verbo melius etiam exprimi Græcã vocẽ arbitror) nõ possidere pecunias, sed possideri à pecuniis.

EX EODEM APOLL.

Καὶ κλείεθ' ἡ θύρα μοχλοῖς· ἀλλ' οὐδὲ

Τέκτων ὀχυρὰς οὕτως ἐποίησεν θύρας,
Δι' ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται.

INTERPR.

Clauduntur ædes pessulis, repagulis:
Sed iannam faber haud ita unquam
muniit,
Vt nō pateret feli aditus & adultero.

Habes suprà versus idem testantes: sed hîc aptioribus etiam verbis exprimitur quàm sit immedicabile seu ineluctabile malum muliebris ἀκολασία. Possint autem videri hæc Apollodori ad illam potissimùm fabulā respicere quæ de Danae narratur cum ab aliis, tum ab Horatio, ita auspicante oden 16 libri 3 Carminum,

Inclusam Danaen turris ahenea
Robustæque fores & vigilū canū
Tristes excubię munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acrisium virginis abditæ
Custodē pauidū Iuppiter & Ven⁹
Risissent. fore enim tutū iter & patens
Conuerso in pretium deo.

itémque à Nasone 3 Am. eleg. 4,

In thalamo Danae saxo ferróque perenni
Quę fuerat uirgo tradita, mater erat.

Meminit autē Tibullus pretii claussa & custodita patefaciētis, *Hæc fecere malas, hinc clauem ianua sensit,*
Et cœpit custos liminis esse canis.

Sed pretium si grande feras, custodia uicta est,
Nec prohibent claues & canis ipse tacet.

Cæterùm aptè felem cum adultero iunxit & velut copulauit, eo etiam nomine quòd vt illud animal est ac vocatur λίχνον, ita & adultero sua quædam inest λιχνεία. Atque adeo nomen illud λίχνος hunc vsum aliquādo habet. vt apud Menandrū, Τό,τ' ἄρσεν αἰεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον. Huc pertinet & ὄμματα λίχνα in Anthol. epigr.

EX EODEM APOLL.

Ὅτε μειρακίσκον ἦν, τοὺς ἀώρους ἠλέουν·
Νυνὶ δὲ ὅταν γέροντος ἐκφορὰν ἴδω,
Κλαίω. πρὸς ἐμὲ γάρ ἐστι ταυτὸ κεῖν'
ὁδοῦ.

INTERPR.

Annis iuuentę, fato acerbo quos rapi
Videbam, eorum condolescebā uicem:
Nūc lacrymis senile funus prosequor,
Quòd sit eadē mihi via insistēda mox.

Hæc dicentem senem induxerat Apollodorus, se videlicet tum quidem quum adolescens erat, quos morte immatura præripi videbat, eos miserari solitum: at nunc quū efferri senem quempiam videt, flere, metuentem sibi, vtpote ad quem attineat eandem viam cōficere, seu

de conficienda eadem via cogitare, illo videlicet sene qui effertur, tanquam lampadem illi tradente.

EX EODEM APOLL.

Οὐδέποτ' ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράσσοντα δεῖ,
Ἄνδρες, τὰ βελτίω δ' ἢ προσδοκᾶν ἀεί.

INTERPR.

In miseriis nullis labascere conuenit,
Meliora sed sperare semper adfore.

Hoc salubre consilium datur pastori à pastore apud Theocritum, idyll. 4, Θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον. id est, *Ne desponde animum: melior sors crastina forsan*. Cui versui hosce duos subiungit, Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες. Χὠ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. id est, *Spes comes est viuis, non est comes illa sepultis. Iuppiter ipse etiam pluuius fit, móxque serenus*. Quos versus imitati esse videntur Latini poetæ. Illud quidem certè τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον, Tibullus non imitatus est solùm, sed etiam interpretatus ad verbum: quum scripsit libri 2, eleg. vlt. *Iam mala finissem letho: sed credula vitã Spes fouet, & melius cras fore semper ait*. Sed omittit particulam τάχα. Illam autẽ cõpa-

tationem cum cælo modò pluuio, modò sereno, habemus apud Horatium pariter & Nasoné. Et apud illum quidem duobus in locis, videlicet ode 10 libri 2, *-informes hyemes reducit Iupiter: idem Summouet.* quibus verbis adiungit & ipsam comparationis accommodationem, vt ita loquar: *-non, si malè nunc, & olim Sic erit.* Alter autem locus est initio odes proximè præcedentis, *Non semper imbres nubibus hispidos Manant in agros.* quibus & alias eiusdem generis παραϐολὰς adnectit. At verò Naso duobus hisce versib⁹ illum Theocriti ita expressit, initio eleg. 4, lib. 4 De ponto, *Nulla dies adeo est australibus humida nimbis Non intermissis vt fluat imber aquis.* Adiūgit autem & hanc παραϐολὼ, *Nec sterilis locus vllus ita est, vt non sit in illo Mista ferè duris vtilis herba rubis.* Deinde & ipse hanc ita accōmodat, seu explicat, *Nil adeo fortuna grauis miserabile fecit Vt minuat nulla gaudia parte malum.* Porro de spe leges aliqua & inter Menandri γνώμας.

EX EODEM APOLL.

Οὐκ οἶσθ' ὅτῳ πέποιθας ἀργυρείῳ πάτερ·
Ὁ καιρὸς ὁ τυχὼν τοῖς μὲν ὢ κεκτημέ-(νοις

Ἔδωκε, τῷ κεκτημένῳ δ' ἀφείλετο.

INTERPR.

Haud sat scio cui tu pecuniæ pater
Fidas: quam poßidentibus prius
Hora vna rapit, & possidere dat alijs.

Huc pertinet illud Solonis, Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει. quum contrà possessionem virtutis ἔμπεδον esse dixisset.

EX EODEM APOLL.

Τὰ μεγάλα δῶρα τῆς τύχης ἔχει φόβον,
Καὶ τὸ πάνυ λαμπρὸν οὐκ ἀκίνδυνον
κυρεῖ,
Οὐδ' ἀσφαλὲς πᾶν ὕψος ἐν θνητοῖς
γένει,
Ὃ περιέβλεψεν ἢ χρόνος τὶς ἢ φθόνος,
Ἐπὰν ἐπ' ἄκρον τὶς τοῦ καλῶς πράττειν δράμῃ.
Ἡ δὲ μεσότης ἐν πᾶσιν ἀσφαλεστέρα,
Τοῖς μήτε λίαν ἐν ταπεινοῖς τῆς ψυχῆς
Μέρει φέρεσθαι, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν.
Κἂν γὰρ πέσῃ τὶς ἐξ ἐλάττονος μέτρου,
Εὐπερικάλυπτον ἔχει τὴν δυσπραξίαν·
Ὄγκου δὲ μεγάλου πτῶμα γίγνεται
μέγα.
Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται.
Σφάλλει δ' ἐκείνους οὓς ἂν ὑψώσῃ
τύχη.

Habet perampla dona fortunæ metũ.
Periculóque non carent præluſtria:
Nec vlla celſa tuta ſunt mortalibus,
Quæ euertere vel inuidia vel tempus ſolet,
Felicitatis culmen vbi quis attigit.
At tutior mediocritas in omnibus,
Neque mente deprimente ſeſe ad humũ nimis,
Neque contrà in altum ſe efferente ſuperbius.
Nanq; min⁹ alto ſiquis è gradu cadat,
Celabitur facilè eius infortunium:
Ingentis at molis ruina ingens erit.
Nã rebus obſtat inuidia præluſtrib⁹,
Subuertit & fortuna quos euexerit.

Pulchrum mediocritatis encomium extat & apud Horatiũ, Car. lib.2, ode 10,

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obſoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Cui dicto comparationem ſubiungit, oſtendẽs altiſſima quæque iniuriæ ventorũ & fulminis eſſe maximè expoſita:

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu

Decidunt turres: feriúntque summos
Fulmina montes.

Testatur autem hoc ipsum & Naso, quum canit,

Summa petit liuor: perflant altissima venti,
Summa petũt dextra fulmina missa Iouis.

(& quod ad liuorẽ attinet, dixerat ante eum Lucret. 5, *Inuidia quoniã, ceu fulmine, summa vaporant Plerunque, & quę sunt aliis magis edita cunque*) Rursum autem Naso vitãda esse sublimia Icari exemplo docet,

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icariis nomina fecit aquis.

Dixerat autẽ paulo antè & de Phaẽthonte,

Vitaret cælum Phaëthon, si viueret, & quos
Optauit stultè tangere nollet equos.

Iisdem certè exemplis & Seneca nos ad amplectẽdam mediocritatẽ hortatur. postquam enim dixit, in Hercule OEteo,

Quisquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret, statim ad Phaëthontem veniens, hæc addit,

Dum petit vnum prębere diem,
Patriósque puer concitat axes,
Nec procul solitum percurrit iter,

Sed Phœbeis ignota secat
Sydera flammis errante rota,
Secum pariter perdidit orbem.

Huic autem exemplo alterum illud subiungit, casus Icari,

Medium cæli quum peragrat iter,
Tenuit Latias Dædalus oras,
Nullíque dedit nomina ponto:
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patriásque puer
Despicit alas, Phœbóque volat
Proximus, ipse dedit ignoto
Nomina ponto.

Quod idem poeta eleganter describit in OEdipo, canens,

Gnosium regem timens
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis,
Certat & veras aues
Vincere, & falsis nimis
Imperat pennis puer,
Nomen eripuit freto,
Callidus medium senex
Dædalus librans iter,
Nube sub media stetit
Alitem spectans suam.

Quibus ἐπιφωνηματικῶς hæc subiungit,

Quicquid excessit modum,
Pendet in stabili loco.

Dixerat autem antea,

Fata si liceat mihi
Fingere arbitrio meo,
Temperem zephyro leni

Vela: ne pressę graui
Spiritu antennę tremant.
Lene sed modicum fluens
Aura, nec uergens latus,
Ducat intrepidam ratem.
Tuta me media vehat
Vita decurrente via.

Leguntur & alia apud eundem nobis mediocritatem commendantia. Vtitur porro & Naso eadem in re hac à nauigātibus sumpta cōparatione, 3 Trist. elegia 4,

Effugit hybernas demissa antēna procellas,
Lataq́ue pl⁹ paruae vela timoris habēt.

Et interiectis versibus quatuor,

Dum tecum vixi, dum me leuis aura ferebat,
Hęc mea per placidas cymba cucurrit aquas.

Iam verò & Pindarus Pyth. ode 11, scribit, quum comperiat mediocres ciuiū fortunas diuturniore felicitate florere, regiā dignitatē sibi displicere, τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ σὺν ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶσαν τυραννίδων.

Cæterùm ἔχει φόβον verti ad verbū *Habent metum*; quū & in vno ex Ouidii versibus paulo antè citatis legatur, eodem loquendi genere. *Vela plus timoris habent.* In septimo autem versu multa exempl. habent μὴ τελείαν, sed manifesto errore pro μήτε λίαν.

DE DIPHILO comico, ex Gregorio Gyraldo.

Post Menandrum verò in tabulis erat poeta Diphilus, qui à Clemente Alexandrino & Eusebio Pamphili κωμικώτατος καὶ γνωμικώτατος (hoc est, maximè comicus & sententijs refertissimus) vocatur. Fuit hic (vt Strabo scribit) Sinopensis, & eadem ferè ætate cum Menandro floruit: fabulásque centum scripsisse dicitur, inter quas Terentius & Donatus Synapothnuscontes commemorant. Eius meminit & Plautus. Diphili versus Clemens quinto libro Stromatωn celebrat de futuro iudicio, quos breuitatis causa mitto. Plautus certè sibi Diphili fabulas imitandas proposuit; id quod & Terentius annotauit. Diphili Priscianus grammaticus & Aristophanis commentatores meminerunt: qui & illud tradũt, eum integrum poema composuisse in Bœdam philosophum. Decessit verò Smyrnæ.



EX DIPHILO.

Εὖ γ' ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ' Εὐριπίδης,
Νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ ταλαίπωρός τέ μου
Γαστήρ. ταλαιπωρότερον οὐδέν ἐστι γὰρ
Τῆς γαστρός· εἰς ἣν πρῶτον ἂν πάντ' ἐμβάλοις,
Ἀλλ' οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον. ἐν πήρᾳ φέροις
Ἄρτους ἄν, ἀλλ' οὐ ζωμόν, ἢ διαφθερεῖς.
Εἰς σπυρίδα μάζας ἐμβαλεῖς, ἀλλ' οὐ φακῆν·
Οἰνάριον εἰς λάγυνον, ἀλλ' οὐ κάραβον.
Εἰς τὴν θεοῖς ἐχθρὰν δὲ ταύτην εἰσφόρει
Τὰ πάνθ', ἑαυτοῖς μηδὲν ὁμολογούμενα.
Κοὐ προστίθημι τἄλλα, διότι πανταχοῦ
Διὰ τὴν τάλαιναν πάντα ταῦτα γίγνεται.

INTERPR.

Hoc dixit inter multa pulchrè Euripides,
Meus iste venter miser & inopia me domat,

Quid esse nāque uētre miserius queat?
Tu siquidem in ipsum congeris res quaslibet,
Quas non in aliud vas. Feret panem quidem
Tua pera, nō ius: alioquin corruperis,
Mazámque sportulæ inijcis, lentem nequis.
Vinum lagena, carabum non iniicis.
At in hunc scelestū vel sibi pugnātia
Modo sine vllo qualibet recondimus,
Nec illud addo, propter hunc nefariū
Etiam solere patrari mala omnia.

Clemens Alexandrinus in suis Stromatis affert eos Euripidis versus quorum hîc meminit Diphilus: sed eos ita legens,

Νικᾷ δ' χρεία κακῶς τε ἐλουθὸν
Γαστὴρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίνεται κακά.

Qui versus, licet mendosè scripti, magno nobis ad intelligendū hunc Diphili locum adiumento esse possunt, atque adeo magnam lucem vltimis illius versibus afferunt, alioqui perobscuris. Quis enim diuinet quid duo postremi versus sibi velint, vbi ait se cætera nō addere? At ex isto Clemente discimus Diphilum intelligere, se non addere cætera, ea videlicet quæ præterea dicuntur ab eodé Euripide de ventre,

nimium

nimirum eius causa mala omnia patrari. Sed mendosus est apud Diphilum hic Euripidis versus, reponique in eo debet κακὰ pro πάντα. quod quum vix fieri posse videatur sine magna mutatione, ego contrà permutando duntaxat vocabulorũ sedes, id efficiam. nam pro Διὰ τὴν τάλαιναν πάντα ταῦτα γίγνεται, reponam Διὰ τὴν τάλαιναν πάντα γίγνεται κακά. Cæterùm quod ad priorem versum attinet, priorem, inquam, eorum qui à Clemente afferuntur, illum itidem mendosum esse manifestum est: ac possumus certè quemadmodũ versum illum posteriorem ex eo emendauimus apud Diphilum, ita vicissim priorem istum ex Diphilo emendare apud Clementem, vt ita mutuas velut operas hi loci sibi tradant. Est enim integer hic, Νικᾷ δ᾽ ἡ χρεία μ᾽ ἡ ταλαίπωρός τε μου. at contrà imperfectus & mutilus ille apud Clementem, Νικᾷ δὲ χρεία κακῶς τε οὐλομένη. Sed (vt verum fatear) si saluo versu, οὐλομένη vel aliud quodpiam huiusmodi vocabulum retineri posset, id ego longè alteri illi ταλαίπωρος præferré. Præsertim verò illud οὐλομένη summopere mihi placeret, quòd ex Homero sit, & quidem vbi de ventre itidem ac eadem prope-

modū loquitur. Legim⁹ enim Od. ρ,

Γαστέρα δ' οὔπως ἐστὶν ἀποκρύψαι μεμαυῖαν,
Οὐλομένην, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι. quibus subiungit,
Τῆς ἕνεκεν καὶ νῆες ἐΰζυγοι ὁπλίζονται
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον, κακὰ δυσμενέεσσι φέρουσαι. Quos versus ita reddidi,

Celari at diri nequeūt ieiunia vētris,
Multorum humano generi qui causa malorum.
Hunc etiam propter sulcant freta vasta carinæ,
Hostibus exitium per tela per arma ferentes.

Sunt autem Vlyssis verba, γνωμικοπλοχικῶς (vt ita dicam) philosophantis: qui eodem in libro non solùm οὐλομένην sed & λυγρὴν vocat γαστέρα: versum eundem repetens, nisi quòd mutatus est accus. in genitiuum. Legitur enim ibi,

Αὐτὰρ ἔμ' Ἀντίνοος βάλε γαστέρος εἵνεκα λυγρῆς,
Οὐλομένης, ἣ πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισι δίδωσι.

id est.

Dirum ego sed propter ventrem sum verbera passus,
Multorum humano generi qui causa malorum.

Quò pertinent & alii duo eiusdem Homeri loci, vbi dicitur videlicet, & quidem ab eodem Vlysse, Odyss. η,

Οὐ γάρ τι ςυγερῇ ἐπὶ γαςέρι κύντερον ἄλλο
Ἔπλετο, ἥ τ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκῃ,
Καὶ μάλα τειρόμενον, καὶ ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔχοντα.

id est (si modò sensum assequor)

Ventre verecundum minus est nil, nil mage ventre
Importunum. is vel medijs in luctibus vrget,
Et memores iubet esse sui, cogitque iubendo.

Quinetiam alibi queritur de hoc improbo domino, quòd nimirum per plagas etiam & vulnera parare ri alimenta cogatur, (vt dixit Tibullus, Dona parare per cædem & facinus) quum horum causa cum eo congrediendum sit, cui se omnino imparem esse nouit. Locus est Odyss. σ,

Ὦ φίλοι, οὔπως ἔςι νεωτέρῳ ἀνδρὶ μάχεσθαι
Ἄνδρα γέροντα δύῃ ἀρημένον· ἀλλά με γαςὴρ
Ὀτρύνει κακοεργὸς, ἵνα πληγῇσι δαμείω.

Quibus omnibus ex locis appa-

ret quanto aptius ἐλομένη appelletur γαστήρ, vt legitur apud Clementem: quàm παλαίπωρος, vt legitur apud Athenæum: (si quidem in ea significatione accipiatur quam vulgo ei dare solemus) Sed vicissim nemo non videt quãto sit aptior metro hæc Athenæi lectio. Imò verò altera non solùm minus est apta, sed ne apta quidem vllo modo, quum ei mensura versus apertè refragetur. Adde quòd repetitio illa παλαιπωρότερον γὰρ, cõfirmare illud παλαίπωρος videtur. neque enim, etiamsi ἐλομένη versum ingredi posset, dici posset ἐλομενώτερον, aut ἐλομενέστερον, sicut post παλαίπωρος habes παλαιπωρότερον, vbi rationẽ reddit poeta cur ita vocetur. Atenim si παλαίπωρος retineamus, (vt certè facere cogimur) quam ei significationem dabimus? Videtur enim vsitata illius nominis significatio prorsus ab huius loci abhorrere sententia, præsertim quũ paulo pòst vocetur θεοῖς ἐχθρά. eos enim qui improbi, qui scelerati sunt, θεοῖς ἐχθροὺς vocare solemus, non eos qui ærumnosi, seu miseri ac infelices esse censentur. At si ad illud θεοῖς ἐχθρὰ respicientes, παλαίπωρος reddamus Improba, Scelesta, (sicut videlicet Gallicè vocamus, Vn *mise*

homme non solùm miserabi-
sed interdum eum etiam qui
elestus) in aliud incommodum
imus: quòd videlicet ratio illa
redditur huius appellationis
γάπωρος, minimè quadrare vi-
ur. Quisenim (dicet aliquis)
rem ideo miserum vocandum
t quòd in eum res omnis ge-
cõgerantur, & iniectæ deglu-
r ab eo ac vorentur? Hæ cer-
tiones quæ ab vtraque parte
ri possunt, suspectam mihi red-
t vocem ταλαίπωρος, simúlque
em ταλαιπωρότερον: sic tamen
ctam, vt non aliam facilè in-
i posse existimem quæ ita v-
que versus mensuræ conue-
ideóque lectionem nostram
im retinens, dicam vel ταλαί-
ον pro improbo ac scelesto po-
cut Gallicæ voci vtranque si-
cationem inesse docui) & vo-
improbum ob improbam vo-
tatem, quasi improbè & scele-
uiduis deglutientem: vel (quod
ò mihi magis placet) sumi in
ta significatione, & vocari τα-
ωρον, quòd quum ex cæteris va
ngula ad singulas res sint com-
ta, hic contrà, quum sit vnicũ
multorum vicem præstare co-
: quippe qui rebus quibusuis

misere onere tur. Nec verò quod additur, *εἰς τὴν θεοῖς ἐχθρὰν ταύτην*, huic meę expositioni reclamare videtur: si intelligatur esse dictum non iam ad illud idem respiciendo, sed ad aliud, videlicet ad eius auiditatem, quæ onera illa ei procurat.

Primum autem versum, *Εὖ γ᾽ ὁ κατάχρυσος εἶπε πόλλ᾽ Εὐριπίδης*, ideo ita verti, *Hoc dixit inter multa pulchrè Euripides*, ne aliquid deesse videretur. Puto enim Diphilum, postquam dixit, Euripidem multa pulchrè loquutum esse, reliquisse subaudiendum, Quale est hoc, vel Ex quibus est hoc, aut tale quid. Nec tamen ei qui versum deesse putaret inter primum hunc & secundum, valde repugnarem.

Sed & his verbis, *Ἀλλ᾽ οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον*, subesse mendum videtur: nisi dicamus deesse versum qui interiectus à poeta fuerit inter hunc & proximè præcedentem. Neque enim cohærent ista, *εἰς ἣν ἂν παντ᾽ ἐμβάλοις, ἀλλ᾽ οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον*. Nec tamen ignoro posse retineri hanc lectioné, dicendo esse ἔλλειψιν præpositionis εἰς, repetendæ videlicet è versu proximè præcedente. Sed vereor ne ea durior à nonnullis iudicetur quàm vt ea vsum esse hunc comicum credibile sit.

ὁ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρό-

INTERPR.

ur omni tempus ægritudini.

riis in locis variíſque modis
ſententiam expreſſit Marcus
is, quorũ collectorum lectio-
cuiuis nõ minus vtilem quàm
dam fore ſperaui. Sed quum
lla elegantiſſima Seruii Sulpi-
ſtola quæ Ciceronianis inſer
(lib.4 epiſtolarum quæ ad fa-
res ſcriptæ ſunt) extet eadem
,& in ea quædam ſint quæ il-
ceronis locis exponuntur, ab
ipiam. Is igitur in conſolato-
Ciceronem epiſtola, inter a-
ibit, NVLLVS dolor eſt qué
onginquitas temporis minuat
molliat. Hoc te expectare té-
ac non ei rei ſapientia tua oc-
re, tibi turpe eſt. At Cicero
ad Atticum lib. 3.epiſt.15,
cæteri dolores mitigantur ve
e. Totus autem locus eſt hic,
utem non modò non leuat
n hunc, ſed etiam auget. nam
i dolores mitigantur vetuſta-
non poteſt nõ & ſenſu præ-
miſeriæ, & recordatione prę-
vitæ quotidie augeri. (Alibi

tamen exactius dolorem à mœrore distinguens, scribit, (in quadam videlicet ad eundem Atticum epistola, lib. 12) Quòd me ipse per literas cõsolatus sum, non pœnitet me quantum profecerim. mœrorẽ minui: dolorem nec potui, nec, si possem, vellem. Rursum tamẽ in eodẽ libro videtur id discriminis inter hæc duo vocabula tollere, eandem vtrique significationem tribuens, Quòd me ab hoc mœrore recreari vis, facis vt omnia: sed me mihi non defuisse, tu testis es. nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab vllo est quod ego non domi tuæ legerim: sed omnẽ cõsolationem vincit dolor. Idẽ Tuscul. quæst. lib. 3, in exponenda eadem sentẽtia, Dies procedẽs dicit ea significatione qua cum in loco præcedẽte tum in aliis multis dicit Dies, sine adiectione: Sulpitius autem longinquitas temporis. Ita enim ibi scripsit, DIES procedens ita mitigat [ægritudinẽ] vt iisdẽ malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Sic & Naso de tẽpore loquens,

Hoc etiam sæuas paulatim mitigat iras:
Hoc minuit luctus, mœstáque corda leuat.

Hoc denique & alii plerique vtriusque linguæ autores testati sunt.

Sed venio ad eos Ciceronis locos è quibus dixi expositionem posse peti eorum quæ à Sulpitio scribuntur: intelligens videlicet de his posterioribus verbis, Hoc te expectare tempus [id est, hanc longinquitatē temporis] ac non ei rei sapientia tua occurrere, tibi turpe est. Ita igitur ille libr.7 epist. ad fam. in quadam ad Curionem, Et hoc tempore quāquam me non ratio solùm consolatur (quæ plurimùm debet valere) sed etiam dies, quæ stultis quoq; mederi solet: tamen doleo ita communem rem esse dilapsam, vt ne spes quidem melius aliquando fore, relinquatur. Idem in quodam ad Atticum epistolio, Tuus antem dolor, humanus is quidem, sed magnopere moderādus. Cōsolationum autem multæ viæ, sed illa rectissima: impetret ratio quod dies impetratura est. Sic autem & Tusc. quæst. lib. 3, eadem de re rationem itidem dixit de qua sapientiam dixisse Sulpitium videmus. Quum autem latius & apertius ibi explicet quale sit hoc consolationis genus quod ratio nobis suggerit, non expectantibus longinquitatem temporis, eum quoque locum superio-

ribus addendum censui. Quum igitur de libro Clitomachi loquutus esset, quem ille euersa Carthagine misit consolandi causa ad captiuos ciues suos, in quo scripta esset quædam disputatio Carneadis, &c. subiungit, Tanta igitur calamitatis præsentis adhibetur à philosopho medicina, quanta inueterata ne desideratur quidem. nec si aliquot annis pòst idem ille liber captiuis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus. sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor: non quo ipsa res immutari soleat, aut possit: sed id quod ratio debuerat, vsus docet, minora esse ea quæ sint visa maiora.

EX EODEM DIPH.

Ὁ συνιςορῶν αὑτῷ τι, κἂν ᾖ θρασύ-
τατος,
Ἡ σύνεσις αὐτὸν δειλότατον εἶναι ποιεῖ.

INTERPR.

Sibi conscium, licet virum audacißimum,
Timidißimum facit ipsa conscientia.

Plurima ac propemodum infinita huc pertinentia leguntur apud vtriusque linguæ scriptores. Vt autẽ Græcos omittam, ipse apud Latinos Cicero elegantissimè hûc malæ con

étiæ assiduum comitem, metum,
bis depinxit, cum alibi, tum Pa-
doxo quinto:Quid?quum cupidi-
tum dominatus excessit, & alius
t dominus exortus, ex cõscientia
eccatorũ, timor, quàm est illa mi-
ra, quàm dura seruitus? Idem in
a Miloniana, Magna vis est con-
iétiæ, iudices:& magna in vtranq;
artem, vt neque timeant qui nihil
ommiserint: & pœnã semper an-
e oculos versari putent qui pecca-
int. Eodem pertinent isti Sene-
æ in Hippolyto versus, *Quid pœ-
a præsens, consciæ mentis pauor?*
*Animúsque culpa plenus & se-
met timens? Scelus aliqua tutum,
nulla securum tulit.* Necnon isti
uuenalis, - *cur tamen hos tu* Eua-
sisse putes, quos diri conscia facti
*Mens habet attonitos, & surdo ver-
bere cadit, Occultum quatiente a-
nimo tortore flagellum?* Extant
& alia pleraque apud vtrosque
poetas de cruciatibus quos affert
conscientia, id est conscientiæ insi-
us pauor. Vicissim autem quan-
am fiduciã, quantámque securita-
em bona conscientia homini affe-
rat, cum alii declararunt, tum Ho-
rati⁹ optimè, istis verbis, Epist. lib. 1,
*hic murus aheneus esto, Nil cõscire sibi,
nulla pallescere culpa.* Quibus ver-
bis aptissimè subiuncturus mihi vi-

deor Biantis responsum ad eum qu
interrogabat quid libertas esset, ἀ-
γαθὴ συνείδησις, inquit: id est, bona
bona conscientia, seu recta.

EX EODEM DIPH.

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐ[ν]
βίῳ,
Πεφευγέναι &c.

Cætera autem non addo quòd
eos minimè sequendos existimem
qui Diphilo hos versus adscribunt:
quum eorum pars prior (loquor e-
nim de toto loco complectente ve[r]
sus viginti) sit Philemonis, poste-
rior, Euripidis, ab hoc versu videli-
cet, Εἴ τις δὲ θνητῶν οἴεται &c. nam
hunc cum sequentibus Euripidi tri-
buit non solùm Iustinus Martyr,
sed & Sextus philosophus, vt alibi
docebo. At priores illos Philemoni
tribuit idem Iustinus, cum aliis eius-
dem argumenti, vel potius eiusdem
ἀσεβείας, si tamé hoc nomine illos
ornare fas est.

EX EODEM DIPH.

Ὅς τις γὰρ αὐτὸς αὑτὸν οὐκ αἰσχύνεται
Συνειδόθ' αὑτῷ φαῦλα διαπεπρα-
γμένῳ,
Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότ' αἰσχυνθήσε-
σεται;

INTERPR.

Qui perpetrati conscius sibi mali,
Non erubescit ipse seipsum tamen,
Quînam erubescet illius non consciũ?

De conscientia multa fuerũt dicta paulo antè: sed ibi de timore agebatur quem solet afferre conscientia, hîc de pudore agitur quem eadem afferre omnibus debet, sed nõ eidem solet. Est tamen hic pudor ad vnum quo deterreri à maleficio possunt plerique, quos alioqui magna sua potentia pœnæ metum adimit. Videtur autem hic comicus ad illud Pythagoræ dictum allusisse quod in Carm. aureis legitur, *πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.*

EX EODEM DIPH.

Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον.
Τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ
προσδοκᾷ.

INTERPR.

Haud vllus vsquam paupere est beatior.
Haud nanque peior metuitur ab eo status.

Hoc testantur & alii poetæ, pauperum conditioné cum aliis in rebus potiorem esse quàm diuitum, tum in eo quòd à fortunæ leuitate

& inconſtãtia,atque adeo volu
litate ſibi non timeat.quòd peric
lum illis nō ſit ne illis peiorem
rum ſuarum ſtatum afferat,quu
contrà hanc commutationem
iis qui propter diuitias beati & fe
ces habentur,quotidie videant.
Hinc apud Senecam , *Nec ſibi fe*
pauper habetur , Niſi felices cecid
videt. Sed quemadmodum Na
poſt quã dixit,*Non habet vnde ſu*
paupertas paſcat amorem, ſubiung
Non tamen hoc tanti eſt pauper vt
velis, ſic poſſit hic verſus iſtis Di
li ſenariis accini, vel potius occ

EX EODEM DIPH.

Ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προσφιλὲς
Διόνυσε, καὶ σοφώτατ᾽, ὡς ἡδύς τι
Ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν π
μόνος,
Τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπεί
γελᾶν,
Τόν τ᾽ ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δ
θρασύν.

INTERPR.

O *Bacche, cũctis chare cordatis*
Iucunditate perfrui quanta faci
Magnos remiſſo ſpiritus quũ das
Ridere cogis nubilam frontem p
Quum viribus maiora debilẽ ag
Et cogis audacem qui timidus e

Huc pertinent isti Homeri versus, Il. ξ, -οἶνος γὰρ ἀνώγει

ἠλεὸς, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι,

Καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν·

Καί τι ἔπος προέηκεν ὅπερ τ' ἄρρητον ἄμεινον.

Talia auté multa de vino testati sunt Græci poetæ illius posteri, & ex Latinis Horatius Epist. lib. 1, canit, ebrietatem operta recludere, spes ratas esse iubere, in prælia inermem trudere, sollicitis animis onus eximere, addocere artes, ac disertum facere, denique solutum in contracta etiam paupertate.

Sed libet λεπτομερέστερον singula dicta cũ singulis conferre. Primùm igitur ad illum versum ὅταν ταπεινὸν μέγα φρονεῖν ποιῇς μόνος, pertinet hoc, *Contracta quem non in paupertate solutum?* Istud quoque, *Quis post vina grauem militiam aut pauperiem crepat?* Necnon iste Phocylidis versus, Εἰ πίομαι, πενίης θυμοφθόρου μελεδῶνα. Est tamen generalius loquutus Diphilus quum ταπεινὸν dixit: sed vt nihil æquè facit homines μέγα φρονεῖν ac diuitiæ, sic nihil æquè ταπεινοὺς reddit ac paupertas. quam ταπεινότητα Rhiãnus elegãtissimè versibus his descripsit,

de paupere,

Οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἔπος,
τι ῥέξαι,
Ἐῤῥιγὼς ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι
ἔωσιν.
Καὶ οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη
ὀϊζύς.

Viciſſim autem quomodo p
per *μέγα φρονεῖν*, vel potius ὑπ
γα, ſubiungit,

ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
Ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσ
κῆες·
Ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἀμαρτωλῇσι
οιο,
Ἶσα Διῒ βρομέει, κεφαλὴν δ'
αὐχένας ἴσχει,
Καίπερ ἐὼν ὀλίγος. &c.

Sed elegantius idem ille p
ta Latinus expreſſit quas adue
paupertatem habeant vires fœc
di calices, quum cecinit Carm
3, amphoram alloquens, -*&* a
cornua pauperi, *Poſt te*, *neque*
tos trementi Regum apices, n
militum Arma. Idem & apud A
ſtophanem legimus in Equiti
Ὁρᾷς; ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι,
Πλουτοῦσιν, εὖ πράττουσι. Po
verò illud *μέγα φρονεῖν* comple
iſta Flacci verba, Iubere ſpes eſ
tas. Itidem ſcribit Ariſtoteles, ὅ
πιδας γίνεσθαι τοὺς μεθυσκομέ

Sic Plato dicit hominem, quanto plus vini potat, *τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι*. Sed idem Flaccus Carm. lib. 3, ode illa ad amphoram, maluit dicere Spem reducere mentibus anxiis.

Pro hoc autem versu, Τὸν τοὺς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν, faciunt illa verba Homeri, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ. &c. quibus ait eũ etiam qui alioqui prudentissimus sit, à vino ad cantandum, ridendũ, saltandum impelli, quinetiam ad aliquid loquendum quod taceri præstitisset. Cæterùm ex illo Homeri loco natum est prouerbium quo dicitur vinum ad choreas ducendas senẽ impellere. quod hexãmetro apud Athenæum continetur, Οἶνος ἀνώγει γέροντα καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν. Ad quod prouerbiale carmen respexisse videtur Eriphus apud eundẽ in his versiculis,

Λόγος δέ ἐστ' ἀρχαῖος, οὐ κακῶς ἔχων.
Οἶνον λέγουσι τοὺς γέροντας, ὦ πάτερ,
Πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

id est,

Ratione verbũ non caret vetus, pater,
Quod esse tanta vinum ait potentiæ,
Vt ad choreas vel senes ipsos trahat.

Faciunt pro eodem & illa verba Horatiana, Sollicitis *animis onus eximit.* Necnon ista eiusdem,

-*neque Mordaces aliter diffug*
sollicitudines. Item, *Dissipat E*
curas edaces. At verò Carmi
libro 3, in illa ad amphoram
dixit, *Tu lene tormentum ing*
admoues Plerunque duro, tu sa
tium Curas, & arcanum iocoso c
silium retegis Lyæo. Vbi quod
Ingenio duro, & Sapientium cu
non malè conuenit cum τὸν τ
φρῦς αἴροντα. quippe quod co
de philosophis dicere solerent
Plato apud Athenæum, lib. 3,

-οἱ γρῖω τὰς ὀφρῦς ἐσπηρκότες,
Καὶ τὸν φρόνιμον ζητοῦντες ἐν
περιπάτοις
Καὶ τῆς διατριβαῖς, ὥσπερ ἀποδε
κότα. Hinc etiā ὀφρυανασπασ
dicti fuerūt ab Hegesandro in e
dam epigrammate quod ab eo
Athenæo refertur. Sed larg
vini potum quibusuis quasuis c
adimere, multi etiam poetæ G
cecinerunt. Anacreon autem
cæteris hanc laudem fœcundis
licibus tribuit, vtpote qui in se
luculentiora huius rei testim
quàm cæteri habuisset. Vide ig
cū alias eius odas, tum eam c
initium Ὅτ' ἐγὼ πίω τὸν οἶνον :
quam ab his inchoauit verbis,
ροὶ πίωμεν οἶνον. Huc pertinet
versus apud Athenæum de vin

Πάσας δ' ἐκ κραδίας αὐίας ἀνδρῶν ἐκπατάζει. Sed & Bacchus cognomina quædam ab hac qua præditus est facultate accepisse à Græcis putatur: ex quibus est λυαῖος.

Illud denique, Τόν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν, optimè exprimitur istis Horatii verbis, *In prælia trudit inermem*. Sed sciendum est, hoc idẽ tribui Amori seu Cupidini, apud Stobæum. ita enim apud eum quidam comicus,

Οὗτος γὰρ ὁ θεὸς καὶ τὸν ἀσθενῆ σθένειν
Τίθησι, καὶ τὸν ἄπορον εὑρίσκειν πόρον.

Sic & Euripides in Hippolyto,

Ἔχω δὲ τόλμης καὶ θράσους διδάσκαλον
Ἐν τοῖς ἀμηχάνοισιν εὐπορώτατον,
Ἔρωτα, πάντων δυσμαχώτατον θεόν.

Quò pertinent ista Ouidii,

Nox & amor vinúmque nihil moderabile suadent:
Illa pudore caret, Liber Amórque metu. Sed & exempla huius ἐρωτικοῦ σθένους καὶ θράσους apud eundem poetam & apud Propertium leguntur.

f.iii.

HENRICI STEPHANI in gnomas seu sententias Menandri,

PRAEFATIO.

IN disponendis digerendísque Menandri gnomis seu sententiis, non idem mihi quod in cæteris faciendum existimaui, vt nimirum omnes alphabetico collocatas ordine proponeré. Quũ enim multo plures eius quàm alius cuiusquã comici extét, sintq; magna ex parte eiusmodi vt singulę singulis versib⁹ includantur (vnde etiam μονόστιχοι γνῶμαι vocatæ fuerunt) & in multis eadem de re agatur, licet aliud atque aliud de ea dicatur: hanc rationem inii, vt quæ tales sunt, eas in eundem locum cogerem, alphabeticum ordinem non in illis sed in titulis ad quos reducédæ fuerunt, obseruãs: (sicut & antea factũ fuerat) at verò in cæteris eius siue γνωμικοῖς siue iocosis dictis quæ pluribus constant versibus, literarum ordinem, sicut & in superioribus, tenérem.

Quo autem delectu in illis μονοστίχοις versibus vsus sim, seu potius quam in iis colligendis cautionem adhibuerim, quum ad eos ventum fuerit, tum docebo.

DE MENANDRO comico, ex Gregorio Gyraldo.

Hunc sequebatur Menander, inter omnes nouę comœdię poetas facilè princeps, Athenienſis & ipſe, Diopeithis & Hegiſtrates filius.

Aliquanto pòſt,

Comœdias Menander omnino centum & octo compoſuiſſe traditur, ab aliis centum & nouem: ſed Apollodorus centum & quinque ſuo carmine prodidit.

Paulo pòſt,

Viciſſe verò idem Apollodorus in Chronicis (ſic enim liber inſcribitur) aſſerit ex omnibus, octo ſolis, iudicum ambitu ac gratia, vt Gelli⁹ ait. victus enim eſt à Philemone, vt paulò antè dicebamus, & à Lynceo, de quo paulo pòſt in eius imagine meminerimus. Scripſit item Menander pręter fabulas, epiſtolas ad Ptolemæum regem, & alia pleraque, ſoluta oratione. Claruit verò c x v Olympiade, vt à Græcis in Chronicis eſt proditum. Amatus Menãder vſque adeo fuit à Macedoniæ & Ægypti regibus (quod ſcribit Plinius) vt eum claſſe perlegatos peterẽt. Inſtitutus uerò (ut refert Laertius) à Theophraſto philoſopho fuit.

Paulo pòst

Sunt qui Menandrum dicant cum Alexide poeta uersatum, à quo fuerit in fabulis faciendis edoctus. Anti*quorum uerò poetarum eum furem fuisse* Eusebius *&* Porphyrius *prodidere: quin & eius rei gratia ab* Aristopha*ne insigni grammatico eius amico sæpe admonitus fuit. qua de re* Cratinus *sex libros edidit, quos de* Menandri *furtis inscripsit.*

Paulo pòst,

Quo autem modo extremum diem clauserit, incompertum mihi quidem, licet uetus quidam interpres in uersu illo Nasonis *in* Ibin,

Comicus ut liquidis periit dum nabat in undis,

ita scribat, Menander Comicus *Atheniensis dum in* Piræo *portu nataret, submersus est: de quo nobilißimæ à* Græcis *editæ traduntur elegiæ, & à* Callimacho *epigrāma.* Hæc ille. *Eius quidem sepulchrum in* Attica *ostendi uenientibus ex* Piræo, *testis est* Pausa*nias. &c.*



EX MENANDRO.

Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τἀληθῆ λέγειν,
Ἐν παντὶ καιρῷ. τοῦτ' ἐγὼ παρεγγυῶ
Εἰς ἀσφάλειαν τῷ βίῳ πλεῖστον μέ-
ρος.

INTERPR.

Est tempore omni uera proloqui optimum:
Hoc facere adhortor, quippe quod sit roboris
Securè ad æuũ transigẽdum maximi.

Veritatem esse rem pulcherrimã & quæ præ quauis alia hominem ingenuũ deceat, vicissímque seruile esse mentiri, testati sunt alii: at Menander esse veracem, id κράτιστον esse perhibet: atque ita veritatem non ab honestate, sed ab vtilitate nobis commendat. (interim tamen illam ab hac minimè excludi putandum est. potest enim aliquid simul & κράτιστον & κάλλιστον esse) Quomodo autem sit κράτιστον, (id est Præstantissimum, Potentissimũ, vel Optimum.) exponit, quia videlicet πλεῖστον μέρος ἀσφαλείας συμβάλλεται. Ac certè videmus quantam solicitudinem quantám-

que anxietatem plerunque suo architecto afferat mendacium, atque adeo quàm trepidam consciẽtiam. quòd nimirum ita sit natura comparatum vt tandem patefiat mendacium, & quæ velut in profundo depressa fuit, emergat tandem veritas. Quò pertinet hic eiusdem poetæ senarius, Ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον, id est, *Sed mentientes non diu tecti latent.* Et hic Sophoclis, Ἀλλ' οὐδὲν ἕρπει ψεῦδος εἰς γῆρας χρόνου, id est, *Nullum ad senectã peruenit mendaciũ.* Certè vt mẽdacibus aliunde timendum non esset, à semetipsis timendum illis foret, id est à memoria non sat firma nec tenaci. quum contrà, mẽdacem oportere esse memorem, vetus etiã moneat prouerbium. Dum enim obliti eorum quæ antea dixerunt, non sat illis consentanea postea loquuntur, sibíque non constant, deprehenduntur, ac conuicti tenentur: quod Terentiano Dauo vsuuenire videmus. Sed & alio modo timendum est mendacibus à semetipsis, nimirum à sua ipsorũ lingua errante, seu titubante. Quò respicere puto hunc eiusdem Menandri versum, Ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει. id est, *Inesse linguæ veritas lapsæ solet.* Qui autem se-

mel conuictus est mendacii, aut certè mendaciorum aliquot, cum scimus hāc eorum mercedem referre, vt postea ne vera quidem dicenti fides adhibeatur. Ad hæc (opinor) aliáque multa respiciens Menāder, meritò dixit veritatem συμβάλλεσθαι τοῦ βίου πλεῖστον μέρος πρὸς ἀσφάλειαν. Cæterùm videtur ἐν παντὶ καιρῷ de industria dixisse, vt hoc suum dictum opponeret dicto eorum qui mēdaciū ἐν καιρῷ λεχθὲν, probabāt vtile esse, nec solùm, sed & veniam mereri aiebant· ἐν καιρῷ, inquam. id est, tēpore & loco, vel in loco. (vt dixit Horatius, dulce esse desipere in loco) ego tamen ἐν παντὶ καιρῷ verti simplicius, ideóque ἀεὶ prætermisi.

EX EODEM MEN.

Ἀθανασία δ' οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἂν συναγάγῃς
Τὰ Ταντάλου τάλαντα ἐκεῖνα λεγόμενα.
Ἀλλ' ἀποθανῇ, καὶ ταῦτα καταλείψεις τινί.

INTERPR.

Haud ulla ad immortalitatē tibi uia,
Non si tot illa Tantali talenta sint:
Sed coget alii cuncta mors relinquere.

Nullas esse tantas opes, nullam tantam potentiam, quæ nos morti eripere possit, seu ab ea redimere, cum alii poetæ passim canunt, tum verò experientia quotidiana nobis testatur. Quare vno Pindari loco, & duobus Horatii, in quibus illum exprimere voluisse videtur, contentus ero. Ita igitur Pind. Nem. Ode 7, *ἀφνεός τε πενιχρός τε θανάτῳ πρὸς σᾶμα νέονται*. quæ sonant ad verbũ, Diues ac pauper ad tumulum mortis proficiscuntur. Horatius autẽ Carm. lib. 1, ode 4, *Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regúmque turres*. Idẽ lib. 2 ode 18, *æqua tellus Pauperi recluditur, Regúmque pueris*. Confirmat autẽ hoc exemplis cum aliorum, tum Tantali: sicut hîc videmus nominatim talentorum Tantali mentionẽ fieri, quæ efficere non possint vt quis mortis laqueis expediat caput: (sicut alibi idẽ lyricus loquitur) subiungit enim, *nec satelles Orci Callidum Promethea Reuexit auro captus. hic superbum Tantalum, atque Tantali Genus coercet*.

EX EODEM MEN.

Ἂν μὲν πλέωμεν ἡμερῶν που τεττά-
ρων,
Σκεπτόμεθα τ᾽ ἀναγκαῖ᾽ ἑκάστης ἡμέρας·

Αἰ εἰ δὲ φείσασθαί τι τοῦ γήρως χάριν,
Οὐ φεισόμεθα, ἐφόδια περιποιούμενοι;

INTERPR.

Si nauigandum quattuor sit per dies,
De commeatu cura nobis maxima,
At si in senectam quid licet cōparcere,
Non instruemus nos eo viatico?

Non dubium est quin aduersus ἀσώτους hi versus scripti fuerint, qui sua ita prodigunt vt ex diuitibus iuuenibus pauperes senes euadant. At senum bona pars morbo laborat omnino contrario. quippe quæ non solùm de via tico solicita est, sed quominus viæ restat, eo plus viatici quærit, vt in. Cat. maiore dixit M. Tullius.

EX EODEM MEN.

Ἅπαντα τὰ ζῷ', ἐστὶ μακαριώτατα,
Καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου
πολύ.
Τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί.
Οὗτος κακοδαίμων ἐστὶν ὁμολογου-
μένως.
Τούτῳ κακὸν δι' αὐτὸν οὐδὲν γίγνεται.
Ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτῷ, ταῦτ' ἔ-
χει.
Ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν

Αὐτοὶ παρ' αὑτῶν ἕτερα προσπο
ζομεν,
Λυπούμεθ' ἂν πτάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κα
κῶς,
Ὀργιζόμεθ'. ἂν ἴδῃ τὶς ἐνύπνιον, σφό
δρα
Φοβούμεθ'· ἂν γλαὺξ ἀνακράγῃ, δε
δοίκαμεν.
Ἀγωνίαι, δόξαι, φιλοτιμίαι, νόμοι,
Ἅπαντα ταῦτ' ἐπίθετα τῇ φύσει κα
κά.

INTERPR.

Animantium unumquodque felicissi
mum est,
Magísque multo quàm genus homini
sapit.
Ac primùm, asellum hunc intuere, si
libet:
Sors est quidem illi (quis neget) duris-
sima,
Accersit ullum nec sibi tamẽ malum,
Perfert sed illa sola quæ naturæ dat.
Nos, præter illud quod necessitas nobi
Nobismet ipsi asciscimus multũ mali.
Si sternuat quis, angimur: uerba ob
mala
Ira repentè accendimur: si somnia
Sunt uisa cuiquam, nos metus statim
opprimit.
Audita si nox noctuæ, expauescimus.

Leges, placita, contentiones, ambitus,
Hæc cuncta naturam mala addita ad
tuam.

Afferam infrà Philemonis versus in eandem sententiam, vbi & de hoc Menandri loco agam, huius & illius versus inter se conferens.

EX EODEM MEN.

Ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ,
Αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.

INTERPR.

Alios monere, si quid errent, nouimus,
Errata at ipsi nostra non cognoscimus.

Quod si quis Erasmi interpretationem malit, ea est huiusmodi,
In admonendo sapimus omnes, verùm vbi
Peccamus ipsi, non videmus propria.

Huc pertinent cum alia poetarũ vtriusque linguæ dicta, tũ hoc quòd à Plutarcho affertur, ex Græco, eóque comico, vt opinor. certè duobus senariis id cõtinetur: quod non animaduertentes quidam, Plutarchi verba esse, malè existimarunt. Qua in re idé scriptor alibi itidem imposuit, vt videlicet quæ aliunde affert, ipsius esse credita sint. Inde autem hoc contingit, quòd aliena sæpe sermoni suo accommodet, le-

ctorem, vnde ea mutuetur, non admonens. Sed vt ad senarios illos redeã, ii sunt eiusmodi in libello qui περὶ εὐθυμίας inscribitur, pag. 833. meæ editionis,

Τί τὸ ἀλλότριον ἄνθρωπε βασκανώτατε
Κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ᾽ ἴδιον παραβλέπεις;

Quos aliquando ita me reddere memini,

Cur tibi alienis in malis, uir inuide,
Sunt oculi acuti, at in tuis cæcutiunt?

Sed quis meliorem interpretem Horatio desideret, ita scribente lib. 1 Serm. Satyra 3?

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum
Quàm aut aquila aut serpẽs Epidau*rius?*

Quò pertinent & ista Ciceronis, Tuscul. quæst. libro 3, Et qui suos casus aliter ferunt, atque vt aliis auctores ipsi fuerunt, non sunt vitiosiores quàm ferè plerique, qui auari auaros, gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt. Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. Quinetiam isti eiusdem Menandri senarii eodem referendi sunt,

Οὐδεὶς

Οὐθεὶς ἐφ' αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ
 Πάμφιλε
Σαφῶς, ἑτέρου δ' ἀσχημονοῦντος
 ὄψεται.

Nec dissimilis est sententia horum senariorum Philemonis,

Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
Ἐστὶ, ποιῆσαι δ' αὑτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

Eadem & istorum verborum apud vnum ex Latinis comicis,

Facilè omnes, quum valemus, recta
 consilia ægrotis damus.
Tu si hîc sis, aliter sentias.

Quod tamen dictum, si verba spectemus, magis est affine huic Æschyleo, in Prometheo vincto, pag. 20 meæ editionis;

Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
Ἔχει, παραινεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κα-
 κῶς
Πράσσοντας.

Quò pertinet & quod pag. 240 dicitur ipsi Prometheo,

Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρε-
 νοῦν ἔφυς
Ἢ σαυτόν.

Apud Euripidem quoque hæc sententia nō vno habetur in loco.

EX EODEM MEN.

Ἀπολεῖ με τὸ γένος. μὴ λέγ', εἰ φιλεῖς
 ἐμέ
Μῆτερ, ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος, οἷς ἂν τῇ
 φύσει

Ἀγαθὸν ὑπάρχει μηδὲν οἰκεῖον
περισσὸν
Ἐκεῖσε καταφεύγουσιν, εἰς τὰ μ
ματα,
Καὶ τὸ γένος, ἀριθμοῦσί τε τ
πάππους ὅσοι.

INTERPR.

Genus enecabit me. obsecro, si quid
amas,
Mater, subinde ne mihi inculces gen
Natura ab ipsa nulla queis vi
inest,
Illi ad suorum confugere genus sol
Et ad sepulcra, auos recensentes suo

Quo sensu dicatur ἀπολεῖ μ
γένος, diuinare cogimur, quũ p
cedétia non habeamus quæ id
bis declarent. Mihi autem, vt in
uinatione, placuit ἀπολεῖ redd
verbo Enecabit, potius quàm
det, aut alio huiusmodi. quòd
spicer ἀπολεῖ με τὸ γένος esse d
eo sensu quo illi qui rem eã
inculcando seu repetédo, aut i
sæpius rogitando, nobis mole
odiosúsque est, dicimus, Ene
pro Obtundis. sic tamen vt si
ficantius sit Enecare quàm Ob
dere. vnde etiam videmus Te
tium post Obtundat, subiun
Enecet, in Eunucho, Act. 3. scen
Sed neminémne curiosum interue

nunc mihi, Qui me sequatur quoquo eam rogitando obtundat, enecet, Quid gestiam, aut quid letus sim, &c. Perinde igitur esse puto ac si hic matri diceret, Mater, pro eo quo me prosequeris amore, obsecro & obtestor vt vocabulum hoc Genus toties auribus meis inculcare desinas, nisi me tandem enecare statuisti. Hoc sensu & Gallicè dicimus, *Vous me faites mourir.* Quod autem attinet ad illa ἐφ' ἑκάστῳ, ea reddidi aduerbio Subinde: non ignorans tamẽ posse duobus modis accipi, nimirum vel pro, Ad singula verba, Ad vnumquodque verbum: (vt quum dicimus, Ad tertium quodque verbum, seu quartum, solet id exclamare) vel pro De vnoquoque, homine videlicet. Nam interpretari ἐφ' ἑκάστῳ Ob rem quamlibet, nullo modo mihi placet.

EX EODEM MEN.

Ἆρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος;
Τρυφερῷ βίῳ σύνεστιν, ἐνδόξῳ βίῳ
Πάρεστιν, ἀπόρῳ συγκαταγηράσκει
βίῳ.

INTERPR.

Congenitus ánne mæror est mortalibus?
Vitæ ille molli, vitæ honoratæ comes

Vitaque gaudet inopi consenescere.

Afferuntur à Plutarcho hi versus in lib. qui περὶ εὐθυμίας inscribitur, pag. 828 meæ editionis. ait enim Menandrum, post illos versus,

Ὤμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
Τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω,
Οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾷόν τινα
Ὕπνον καθεύδειν,

tandem vbi iisdem malis obnoxios esse diuites animaduertit, quibus & pauperes fnbiungere,

Ἆρ' ἐστι συγγενές τι &c.

Cæterùm possunt & absque interrogatione hæc legi ἄρ' ἐστὶ, sed altera illa lectio magis mihi probatur. Quod autem ad nomen συγγενὲς attinet, reddidi Congenitum, potiùs quàm cognationem habes, quòd multo sit aptior illa significatio quàm hæc. quæ enim semper cohærent, ea quodammodo congenita videri possunt. Nec tamen absque exemplo συγγενὲς reddidi Congenitum, sed Plinium huius autore interpretationis habes. quippe qui hæc Aristotelis, εἰσὶ δὲ τῶν τριχῶν αἱ μὲν συγγενεῖς, αἱ δ' ὕστερον κατὰ τὰς ἡλικίας γινόμεναι, ita sit interpretatus, Pili in homine, partim

ſimul, partim poſtea gignũtur. Niſi fortè aliquis pilos ſimul genitos appellari poſſe cõgenitos neget. Atqui ipſemet quos ſimul genitos vocauit, ſtatimpòſt cõgenitos dicit: ſubiungens, Congeniti autem non deſinunt, ſicut nec fœminis magnopere.

EX EODEM MEN.

Βουλὴν ἅπαντος πράγματος προ-
λάμβανε.
Βουλῆς γὰρ οὐδέν ἐστιν ἀσφαλέστερον.

INTERPR.

Conſilium in omni præeat negotio.
Conſilio aliud haud eſſe tutius poteſt.

De hac Menandri gnome dicam infrà, vbi ad hos eodem pertinentes eius verſus peruenero,

Οὐκ' ἔστιν οὐδὲν πάτηρ ἐν ἀνθρώπου
φύσει
Μεῖζον λογισμοῦ.

EX EODEM MEN.

Γαμεῖν κεκρικότα δεῖ σε γιγνώσκειν,
ὅτι
Ἀγαθοῦ μεθέξεις, ἂν λάβῃς μικρὸν
κακόν.

INTERPR.

De contrahendis cogitat qui nuptiis,
Quiſquis ſit ille, ſi malũ paruũ capit,

Vitaque gaudet inopi consenescere.

Afferuntur à Plutarcho hi versus in lib. qui περὶ ἀθυμίας inscribitur, pag. 828 meæ editionis. ait enim Menandrum, post illos versus,

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
Τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω,
Οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
Ὕπνον καθεύδειν,

tandem vbi iisdem malis obnoxios esse diuites animaduertit, quibus & pauperes subiungere,

Ἆρ' ἐστι συγγενές τι &c.

Cæterùm possunt & absque interrogatione hæc legi ἄρ' ἐστι, sed altera illa lectio magis mihi probatur. Quod autem ad nomen συγγενὴς attinet, reddidi Congenitum, potius quàm cognationem habés, quòd multo sit aptior illa significatio quàm hæc. quæ enim semper cohærent, ea quodammodo congenita videri possunt. Nec tamen absque exemplo συγγενὴς reddidi Congenitum, sed Plinium huius autoré interpretationis habés. quippe qui hæc Aristotelis, εἰσὶ δὲ τῶν τριχῶν αἱ μὲν συγγενεῖς, αἱ δ' ὕστερον κατὰ τὰς ἡλικίας γινόμεναι, ita sit interpretatus, Pili in homine, partim

l,partim poſtea gignũtur. Ni-
ttè aliquis pilos ſimul genitos
ellari poſſe cõgenitos neget.
ui ipſemet quos ſimul genitos
uit, ſtatimpòſt cõgenitos di-
ſubiungens, Congeniti autem
deſinunt, ſicut nec fœminis
gnopere.

EX EODEM MEN.

λῶ ἅπαντος πράγματος πρ-
ιμβάνε,
ῆς γὰρ ἐδὲν ὄζιν ἀσφαλέςερον.

INTERPR.

ilium in omni præeat negotio.
ilio alind haud eſſe tutius poteſt.

e hac Menandri gnome dicam
,vbi ad hos eodem pertinen-
ius verſus peruenero,
ἔςιν ὐδὲν πάτερ ἐν ἀνθρώπου
ύσει
ζον λογισμοῦ.

EX EODEM MEN.

ιν κεκρικότα δεῖ σε γιγνώσκειν
ι
οῦ μεθέξεις, αἰ λάβης μικρὸν
κόν.

INTERPR.

ontrahendis cogitat qui nuptiis,
ſquis ſit ille, ſi malũ paruũ capit.

Boni *futurum compotem sese sciat.*

Huc pertinent isti versus,

Ἀκούετε λεώς. Σουσαρίων λέγει τάδε,
Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως ὦ δημόται
Οὐκ ἔστιν οἰκεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.
Καὶ γὰρ τὸ γῆμαι καὶ τὸ μὴ γῆμαι, κακόν.

Afferuntur autem hi à Stobæo sub ipsius Susarionis nomine, capite 67. Verùm alius quidam comicus huic hemistichio, Κακὸν γυναῖκες, addidit ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν, id est, Mulieres sũt malũ, [pro Res mala] sed necessariũ malum. Quinetiã apud hunc ipsum poetam habemus,

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' ἀναγκαῖον κακόν.

Facetè igitur quidam Laco, reprehendentibus quòd paruam vxorem duxisset, respondit eligenda esse minima è malis. At Menander quum dixit μικρὸν κακόν, alio lusit modo, videlicet μικρὸν κακὸν appellãs eã mulieré quæ minus mala sit cæteris. Perinde enim esse puto ac si dixisset, Quicunque statuit vxorem ducere, modò aliquam ducat quæ non valde malo prædita sit ingenio, sciat se boni aliquid ex nuptiis percepturum. Id est, Id boni quod secum ferunt nuptiæ, compensare poterit id mali quod inest ingenio mulierum, & quo illæ viros suos afficiunt: modò ea quam ducet, non sit ex pessimis.

EX EODEM MEN.

Γέρων γέροντι γλῶσσαν ἡδίστην ἔχει,
Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξίᾳ
Ληφθεὶς, ἐπῳδός ἐστι τῷ πειρωμένῳ.

INTERPR.

Seni senilis lingua iucundissima:
Puérq; puero, et apta mulier mulieri:
Et eger egro: pressus infortunio
Lenimen est homini malis exercito.

Pertinent hæc ad prouerbium, cuius meminit M. Tulliꝰ in Catone maiore, scribés, Sæpe enim querelis interfui æqualium meorum: (pares autem cum paribus, veteri prouerbio, facilè congregantur) quæ C. Salinator, quæ Sp. Albinus homines consulares nostri ferè æquales, deplorare solebant: tum quòd &c. Varias autem eiusdem generis formulas (vt ita dicam) prouerbiales habes apud Erasmum. Sed vltimũ illud vocabulum πειρωμένῳ facessit negotium, nisi dicamus subaudiri cum eo genitiuum δυσπραξίας, qui accipiatur ex datiuo præcedente δυσπραξίᾳ, hoc sensu, Et is qui in calamitatibus versatur, lenimen est illi qui eas experiri incipit. Ego tamẽ generaliꝰ verti,

vſúſque ſum nomine Lenimen, quòd Terentius Lenire miſeriam, Cicero Lenire ægritudinem dixerit. Non dubito autem quin ἐπῳδὸς hîc ſit qui carminibus magicis aliiſue huiuſmodi dolorem lenit (vt dixit Horatius, *Sunt uerba & uoces quibus hunc lenire dolorem Poßis:* non tamen de magicis loquens ille quidé) videlicet ὁ θρηνῶν ἐπῳδάς: vt dixit Sophocles Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι. At quidam (ex quibus Eraſmus) ἐπῳδὸς acceperunt pro Congruus.

EX EODEM MEN.

Γυνὴ πολυτελής ἐστ' ὀχληρόν, οὐδ' ἐᾷ
Ζῆν τὸν λαβόνθ' ὡς βούλετ'· ἀλλ' ἔνεστί τι
Ἀγαθὸν ἀπ' αὐτῆς, παῖδες. ἠσθόντ' εἰς νόσον
Τὸν ἔχοντα ταύτην ἐθεράπευσεν ἐπιμελῶς·
Ἀτυχοῦντι συμπαρέμεινεν, ἀποθανόντα τε
Ἔθαψε, περιέστειλεν οἰκείως. ὅρα
Εἰς ταῦθ' ὅταν λυπῇ τι τὴν καθ' ἡμέραν.
Οὕτω γὰρ οἴσεις πᾶν τὸ πρᾶγμ'· ἂν δὲ λέγῃς
Ἀεὶ τὸ λυποῦν, μηδὲν ἀντιπαρατιθεὶς

Τῶν προεστλεγομένων, ἢ δυνήσῃ διὰ-
τέλους ἐϛί.

INTERPR.

Est permolesta sumptuosa fœmina,
Nec viuere arbitrio sinit virum suo.
Sed est boni aliquid ex ea: dat liberos:
Ægróque sedula officia præstat viro:
Huic rebus etiam comes in aduersis manet:
Functique fato funeris curam gerit.
Ad singulas hæc cogita molestias.
Sic nanque poteris ferre moderatè omnia.
At si molesta sola tu recenseas,
Illísque nolis quę iuuant opponere,
Haud fuerit vllus tibi doloris terminus.

Clemens Alexandrinus affert quæ ad hunc locum faciunt: affert inquam ex eodem poeta, quæ in eadem etiã comœdia fortasse scripta fuerunt, atque adeo illis vicina. Ita enim Clemens Strom. libr. 2, ὁ γοῦν κωμικὸς Μένανδρος κατατρέχων τοῦ γάμου, ἀλλὰ καὶ τὰ χρήσιμα ἀντιτιθεὶς, ἀποκρίνεται τῷ εἰπόντι,
Πρὸς τὸ πρᾶγμα ἔχω κακῶς: F. παρὰ σκαιῶς γὰρ αὐτὸ λαμβάνεις; εἶτ' ἐπιφέρει,
Τὰ δυσχερῆ τε καὶ τὰ λυπήσαντά σε,
Ὁρᾷς ἐν αὐτῷ, τὰ δ' ἀγαθὰ οὐκ ἐπιβλέπεις.

id est,

Tu nuptiarum tædia & molestias
Scis intueri, non tueris commoda.

Apud eundem lib. 4, Euripides ea ipsa matrimonii commoda describit quæ hic Menāder. Affert enim hos illius versus,

-ἡδὺ δ', ἢν κακὸν
Πράξῃ τι, συσκυθρωπάζειν πόσει
ἄλοχον,
Ἐν κοινῷ λύπης θ' ἡδονῆς τ' ἔχειν μέρος.

τό, τε σῶφρον (inquit) καὶ φιλόστοργον ᾧ δέ πως ἀποδεικνυμένη κἂν ταῖς συμφοραῖς ἐπιφέρει,

σοὶ δ' ἔγωγε καὶ
Νοσοῦντι συννοσοῦσ' ἀνέξομαι,
Item, -κακῶν
Τῶν σῶν συνοίσω.

Nam quāuis post συννοσοῦσ' ἀνέξομαι sequatur apud Clementem, καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσω, non puto hæc ab illo poni tanquam cohærentia, sed καὶ esse eius, non Menandri: & ab eo afferri tanquam ex alio loco. perinde videlicet ac si diceret, Item hæc. Sic enim & post hæc ipsa verba, καὶ κακῶν τῶν σῶν συνοίσω, habetur, καὶ οὐδὲν ἔσται μοι

Πικρόν. μετὰ δὲ τῶν φίλων ἀτυχεῖν
τε χρή.
Τί γὰρ δὴ τὸ φίλον ἄλλο πλὴν τόδε;

vbi videtur deesse versus qui interiiciatur inter hos duos, aut certè

hic posterior esse positus per parenthesin.

In postremo autem horum Menandri versuum quum legeretur οὐ δυνήσῃ errore manifesto, & nullo sensu, ita sum interpretatus quasi legeretur ὀδυνήσῃ, parua mutatione, & sensu commodissimo.

EX EODEM MEN.

Δεῖ τὸν πολιτῶν προστατεῖν αἱρούμενον,
Τὴν τοῦ λόγου μὲν δύναμιν ἀνεπίφθονον,
Ἤθει δὲ χρηστῷ συγκεκραμένην ἔχειν.

INTERPR.

Vrbis tenere qui gubernacula cupit,
Hic ne inuidenda polleat facundia,
Sed quæ probis sit tẽperata moribus.

Ab horum versuum sententia non videtur alienus esse prouerbialis ille versus, Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος. Non mirũ est autem hic λόγου δύναμιν vocari ἐπίφθονον, quum legamus inter eos etiam qui isti poetæ tribuũtur versus, Τυραννικόν τι πολλ' ἐπίσταοθαι λέγειν. Sed & apud historicos quidam testantur plerisque suam facundiam seu eloquẽtiam inuidiam apud vulgus conflasse. Cæterùm quum ἐπίφθονον reddidi Inuidẽda, respexi ad inuidendã Horatii aulã

EX EODEM MEN.

Δέσποιν', ἔρωτος οὐδὲν ἰσχύει πλέον,
Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν
Ζεὺς, ἀλλ' ἐκείνῳ πάντ' ἀναγκασθεὶς
ποιεῖ.

INTERPR.

Nil est amore, nil, hera, est potentius,
Non vel deorum rector ipse Iuppiter:
Sed is quoque illi gerere morem cogitur.

Hoc passim cecinerunt omnes ἐρωτικογράφοι poetæ, ac potissimū elegiaci, idque multis fabulis confirmarunt quæ de furtis Iouis (vt ipsi loquuntur) memoriæ proditæ fuerunt. Quum autem illa passim occurrant, duobus hisce Anacreōtis contentus ero versiculis, de Amore,

Ὁ δὲ καὶ θεῶν δυνάστης,
Ὁ δὲ καὶ βροτοὺς δαμάζει.

EX EODEM MEN.

Δύ' ἐσθ' ἃ κρῖναι τὸν γαμεῖν μέλλοντα
δεῖ,
Ἤτοι προσηνῆ ὄψιν, ἢ χρηστὸν τρόπον.
Τὴν ὁμόνοιαν γὰρ τὴν πρὸς ἀλλήλους
ποιεῖ.

INTERPR.

In nuptiis spectare res decet duas,

Amabilem aut speciem oris, aut mores probos.
Concordiam nam continent hæc mutuam.

Separat hîc formam à probis moribus, quam tamen alibi adiunctam ei cupit: vt in hoc versiculo,
Ὡς ἡδὺ τὸ κάλλος ὅταν ἔχῃ νοῦν σώφρονα.
id est,
Quàm grata forma est cui comes modesta mens. Sunt enim probi mores velut fructus νοῦ σώφρονος. Verùm magnas ipsius formæ per se quoque vires esse, cecinerunt quidem multi, sed elegantius Anacreonte nemo, in odario cuius initium est
Φύσις κέρατα ταύροις
Ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις. &c.
Claudituṛ autem istis duobus versiculis,
Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον
Καὶ πῦρ καλή τις οὖσα.

EX EODEM MEN.

Εἰ γὰρ ἐγχώρει σὺ Τρόφιμε τῶν πάντων μόνος,
Ὅτ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ σ', ἐφ' ᾧ γε διατελεῖν
Πράσσων ἃ βούλει, καὶ διευτυχῶν ἀεὶ,
Καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγησέ σοι,

Ὀρθῶς ἀγανακτεῖς· ἔστι γὰρ ἐψευσμένος,

Ἄτοπόν τι πεποίηκεν· εἰ δ' ἐπὶ ταυτοῖς νόμοις

Ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς, ἔσπασας τὸν ἀέρα

Τὸν κοινὸν, ἵνα σοὶ καὶ τραγικώτερον λαλῶ·

Οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέον.

Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ,

Οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος, καὶ πάλιν

Ταπεινότητα, ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.

Καὶ μάλα δικαίως· ἀσθενέστατον γὰρ ὂν

Φύσει, μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασιν.

Ὅταν πέσῃ δὲ, πλεῖστα συντρίβει καλά.

Σὺ δ' οὔθ' ὑπερβάλλοντα Τρόφιμ' ἀπώλεσας

Ἀγαθὰ, ταυτὶ δ' ἐστι μέτριά σοι κακά.

I N T E R P R.

A matris aluo Trophime si tu prodiens,

Hac lege in auras luminis receptus es

Arbitrio beatus vt viuas tuo,

Et hoc spopondit quispiam deûm tibi,

Irasceris iure: quoniam fallit fidem.

Sin lege eadem tu quoque aerem trahis,

(Tragicè tibi vt loquar) homines quã cæteri,

Moderatiùs sunt hæc ferenda & lenius.

Nam verbo vt vno finiam, natus es homo,

Quo nullum animal obnoxium sorti magis.

Ipsum erigenti & deprimenti postmodum.

Et iure. nanque est omnium infirmissimum,

Tamen implicari maximis rebus solet

Ruinaque eius multa conterit bona.

At tibi bona nec amissa sunt ingẽtia,

Nec magna sunt Trophime ea quę pateris mala:

Mediocris ergo sit tuus posthac dolor.

Pulcherrimi sunt hi παραμυθητικοὶ Menandri versus, ac verè aurei. nam quamuis multa eiusdem argumẽti apud cæteros quoque poetas legãtur, ac præsertim tragicos, est tamen his peculiaris quædam gratia, propter θέσιν & ἄρσιν, quas initio fere orationis adhibuit. Sed hoc fateor tamen, vt Menander vtendo hoc orationis genere, planè κωμικῶς loquutus est, atque adeo decorum (vt ita dicam) seruauit quod in comœdia seruari debet: ita vicissim Euripidem eadem de

re agentem, verè τραγικῶς loqui, & ea quæ tragœdiam decet oratione vti; cum alibi, tum initio Iphigeniæ in Aulide,

Οὐκ ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς
Ἀγάμεμνον Ἀτρεύς.
Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.
Θνητὸς γὰρ ἔφυς. κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.

Hi porro Menandri versus licet à me veteris exemplaris ope locis aliquot castigati, nondum tamen omnino mendo carere videntur: sextus certè apertè mendosus est: quod vel ipsa mensura planum facit. Quod autem in septimo habetur loquendi genus, & ab eo τραγικώτερον esse dicitur, à Philemone quoque vsurpatur, posito tamen pro verbo σπᾶν, alio quod synonymum est, & ad quod respiciens, non dubitaui vti verbo Trahere. ita enim ille apud Stobæũ, capite περὶ ἀκολασίας,

Σὺ γὰρ τί ἐστιν, εἰπέ μοι, παῤῥησία.
Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν ὡς ἄνθρωπος ὤν,
Τὸ δ' ὅλον περιπατεῖς, ἢ τὸν αὐτὸν ἀέρα
Ἑτέροις συνέλκεις, εἰπέ μοι, τοιοῦτος ὤν.

At Max. Tyrius in suis διαλέξεσι pag. 117 meæ editionis dicere maluit σπᾶν ἀέρα cum Menandro, quàm ἕλκειν ἀέρα cum Philemone:

vbi scribit. καὶ ἄλεγε αὐτῶν καθαρὸν καὶ ἐλεύθερον.

Venio ad decimumquartũ versum, in quo verbum οἰκονομεῖται mihi negotium exhibuit: sed vt suspectum tãdem reliqui, iisque loco in mea interpretatione verbo sum vsus quod congruere sententiæ iudicaui. puduisset enim μεγίστοις οἰκονομεῖται πράγμασι reddere Maximas res administrat. Vltimus versus hîc quidem integer est quod ad mẽsuram attinet, (addita nimirum particula δὴ ex veteribus cod.) sed in cæteris quoque esse integrum haud affirmare ausim. Qui tamen mihi visus est elici ex verbis sensus, aut proximè saltẽ ad eorum significationem accedere, eum sequutus sum.

Cæterùm quum initiò sperassem futurum Nauagerium in horum versuum interpretatione muneris mei vicariũ, vtpote à quo Latinè redditi extent: duplex postea subiit animum meum timor, nimirum ne & in pigritiæ suspicionem venirem, & mala fide cum lectore agere velle iudicarer, si ad subleuãdum me exigui temporis labore, vicariam illam lectori proponens interpretationẽ, ad ea interim conniuerem quæ si non elegantius, paulo certè fidelius reddi posse videbantur. Quare tandem hos quo-

que versus & ipse interpretari, alterámq; interpretationē meæ velut ἐπίμετρον duntaxat, subiungendā censui. En igitur illam, in cuius aliquot locis spondæos pro iambis hō minus te quàm me miraturum existimo.

Nam si te Alumne genitrix quum peperit tua,
Hæc sorte es vnus omnium in lucem editus,
Tibi cuncta vt euenirent quæ velles bona,
Idq; annuit magnorū quispiā deūm:
Iure optimo indignaris. valde enim is tibi
Fallax repertus. quòd si eisdē legibus
Quibus nos omnes, (tragicis vt verbis loquar)
Æquè patentem cūctis aerē trahis,
Ferenda sunt hæc leuius, & omnia rectius
Ratio est habenda. denique hæc summa est, puta
Hominem esse te, quo nullum animantium omnium
Extolli itémq; deprimi citius solet.
Ipsúmque id haud iniuria. minimarum enim
Id virium est, & maximus semper studet,
Plurimáque secum commoda conterit cadens.
Tu verò & magna non amisisti bona,
Et mediocria sunt ea ipsa quæ pateris mala.

Ergo & modestè Alumne quod reliquum est feras.

EX EODEM MEN.

Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν τῶν κακῶν ἦν φάρμακον,
Ἀεί θ' ὁ κλαύσας τοῦ πονεῖν ἐπαύετο,
Ἠλλαττόμεσθ' ἂν δάκρυα, δόντες χρυσίον.
Νῦν δ' οὐ προσέχει τὰ πράγματ', οὐδ' ἀποβλέπει
Εἰς ταῦτα, δέσποτ', ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὁδόν,
Ἐάν τε κλαίῃς, ἄν τε μή, πορεύεται.
Τί οὖν πλέον ποιοῦμεν; οὐθέν· ἡ λύπη δ' ἔχει
Ὥσπερ τὰ δένδρα καρπὸν τὰ δάκρυα.

INTERPR.

Malis mederi si valerent lacrymæ,
Et cogeretur mœror illis cedere,
Auro paranda quolibet nobis forent.
Nunc res acerbæ nil morantur lacrymas:
Sed siue plores, siue non plores, suam
Vno tenore semper insistunt viam.
Quid ergò prodest flere? Nil: sed lacrymas
Fert mœror, arbores suum vt fructum ferunt.

Non inutiles tamen esse lacrymas testatur Naso non vno in loco, sed in eo potissimùm vbi canit, *Eléque meos casus. est quædam flere*

uoluptas:

Expletur lacrymis egeritúrque dolor:

Ego de lacrymis in vtranque parté his versibus ita disserui in quodam Epicedio, ad hunc etiam locũ Menandri respiciens,

Flere tamen me flere iuuat: fœtúsque doloris,
Sunt lacrymæ, & lacrymas quæ mala uerba fouent.
Hic à corde meo ceu manat ab arbore fructus,
Hei mihi sed fructus frugifer iste parum.
Quid dico? inclusus me suffocare parabat
Antè dolor lacrymis quàm uia facta meis.
Debeo nunc illis quòd post tua fata superstes
(Quod possum) manes hisce parento sonis.
Imo me miserum lacrymis quòd debeo uitam,
Nec comitẽ esse uiæ me uoluere tuæ,
Nam mihi quò uitam chara mihi luce carentem?
Te uiua, mea lux, uiuere dulce fuit:
Te moriente mori, (nox conscia) dulcè fuisset,
Dulce datum extrema reddere uoce Vale.

EX EODEM MEN.

Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι
κρατῶν,
Ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ·
Ἔσῃ δ᾽ ὅ, τι ἂν βούλῃ, κύων, πρόβα-
τον, τράγος,
Ἄνθρωπος, ἵππος· διαβιῶναι γάρ σε
δεῖ,
Εἱμαρμένον τοῦτ᾽ ἐστίν· ὅ, τι βούλει δ᾽
ἑλοῦ·
Ἅπαντα μᾶλλον, εὐθὺς εἰπεῖν ἂν δοκῶ,
Ποίει με, πλὴν ἄνθρωπον, ἀδίκως εὐ-
τυχεῖ
Κακῶς τε πράττει τοῦτο τὸ ζῷον μόνον.
Ὁ κράτιστος ἵππος ἐπιμελεστέραν ἔχει
Ἑτέρου θεραπείαν· ἀγαθὸς ἂν γένῃ
κύων,
Ἐντιμότερος εἶ τοῦ κακοῦ κυνὸς πολύ.
Ἀλεκτρυὼν γενναῖος ἐν ἑτέρᾳ τροφῇ
Ἐστὶν ὁ δ᾽ ἀγεννὴς καὶ δέδιε τὸν κρείτ-
τονα.
Ἄνθρωπος ἂν ᾖ χρηστὸς, εὐγενὴς, σφό-
δρα
Γενναῖος, οὐδὲν ὄφελος ἐν τῷ νῦν γένει.
Πράττει δ᾽ ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων,
δεύτερα
Ὁ συκοφάντης· ὁ κακοήθης τρίτα λέ-
γει.
Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τοὺς χείρο-
νας

Ορᾶν ἑαυτοῦ ζῶντας ὀπφανέςερον.

INTERPR.

Siquis prehenso dixerit mihi deûn
Crede mihi, continget tibi reuiuisc
Erísque quod voles, canis, hircus,
ouis,
Homóve, vel equus. nam tibi fat
est
Vita hęc secunda: sed elige esse q
velis:
Hoc eße responsum daturũ me p
Sim potius, oro, quid libet alin
homo.
Animalibus enim solum id est e
mnibus,
Aduersa cui sors immerenti & p
spera.
Tractatur alio lauti⁹ præstãs eq
Cani bono plus est honoris q̃ mal
Gallo exhibetur strenuo melior c
Formidat etiam strenuũ non stren
Vir sis probus, sis strenuus, sis nob
Nil nil iuuabunt ista in hoc te sec
Primas sed adulator, sycophanta
ximas,
At tertias tenere cacoethes solet.
Præstat tamẽ asinũ eße quã peior
Splendore vitæ se videre cedere.

De huiusmodi locis comico
aliorúmque poetarum iocant
dictum fuit & alibi. Esse autem

nem quempiã qui his vtatur apud Menandrũ verbis, discimus ex Plutarcho Sympos. lib. 9, p. 1317 meæ editionis. ibi enim legitur, αὐτῷ δὲ πολλάκις παρίστασθαι καὶ τὰ τοῦ κωμικοῦ γέροντος, Ὄνον γενέσθαι κρεῖττον ἢ τῶν &c. Videor autem mihi & in alio eiusdem Plutarchi libro hosce versus legisse. Sed & hæc verba δέδιε τὸν κρείττονα habet idem in opusc. De discern. adul. ab amico, quæ tamen aliunde sumpsit fortasse, & quidem vnde & ipse Menãder: τὸν δὲ κρείττονα τρέμει καὶ δέδοικεν, οὐ μὰ Δία παρὰ Λύδιον ἅρμα πεζὸς ἰχνεύων, ἀλλὰ παρὰ χρυσὸν ἑφθὸν, ὥς φησι Σιμωνίδης &c.

Ἐν τῷ νῦν γένει verti *In hoc seculo*, quòd existimem ita vsum esse hoc nomine vt Hesiodus, quũ dixit χρύσεον γένος, & ἀργύρεον, & χάλκεον, ac σιδήρεον.

Vocem κακοήθης retinui (sicut & Iuuenalem necnon medicos Latinos retinuisse eam videmus) præsertim quum & proximè præcedẽs vocabulum Græcum esset, Latinitate tamen donatum, & quidem à comicis: & quũ in angustiora spatia compulsum me viderẽ quàm vt periphrasi locus esset. Sed alioqui ne vllã quidem inueniri posse existimo quæ vim & energiam huius nominis satis exprimat. Nam κακοήθης (quod sonat ad verbum Qui

est malis moribus. dicitur de eo qui est prauo peruersóque ingenio, adeo vt iis omnibus gaudeat quibus contrà doleret vir probus. Potissimùm verò qui liuore quodam impulsus carpit ea quæ laudanda potius essent, aut saltem ea extenuat, atque omnia malam in partem interpretari amat. Vulgò reddi solet Malignus, vel Qui maligno est ingenio. Ad nostrum certè Gallicum *Maling*, proximè accedit. Sed vt semel finiã, puto κακοήθη esse contrarium ex diametro ei quem Latini metaphoricè candidum appellant. Quòd siquis plura de vi nominis huius scire cupit, legat Plutarchi librum περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας, & obseruet quibusin rebus κακοήθειαν ille constituat. Nec tamen eum tam latè ibi extendere, puto nominis huius significationem quàm latè extendi potest. Quo autem modo vsus sit Iuuenalis, quo item modo medici, docebit te meus Thesaurus linguæ Græcæ. Vt autem hic τρίτα λέγειν, sic alibi dicit δεύτερα λέγειν. At paulo antè malim ἐπὶ ἧς χρηστός: sicut dixit ἀγαθοὺς αὖ γένῃ κύων.

In penultimo versu χερείονας lubentius interpretatus fuissem Deteriores vel Inferiores, si mensura mei versus admisisset.

EX EODEM MEN.

Εἰρήνη γεωργὸν κἀν πέτραις τρέφει καλῶς.
Πόλεμος δὲ κἀν πεδίῳ κακὸς ἔφυ.

INTERPR.

Alit colonum pax uel in saxis bene:
At bellum in ipso noxiū capit quoque.

Quidam qui has Menandri sententias ex variis scriptoribus excerpserunt, hisce versibus subiunxerūt ista verba, Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀνόητός ἐστιν ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, tanquam Menandri sermonem suum continuātis: vt videlicet hæc verba Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀνόητός ἐστιν ὅστις πόλεμον, iambum tertiū̄ efficiant, sequentia autem initiū quarti. sed magno terrore id quidem: quum nullo modo ex hisce verbis iambi possint effici, & non satis cohæreat eorum sensus præcedentibus. ac præterea αἱρέεται nemo nesciat esse Ionicum. Hinc autem natus est iste crassissimus alioqui error, quòd apud eum, vnde locum illum Menandri excerpserunt, hic Herodoti, Οὐδεὶς γὰρ οὕτως, &c. subiungatur, omisso tamen Herodoti nomine in eo quo vsi sunt exemplari. Quàm multa auté huiusmodi ab excerptoribus harum comicarum γνωμῶν peccata fuerint, alibi patefeci.

Ἔνεσ' ἀτυχεῖν καὶ βλάβην δ' ἐχημμένος
Τοῦτ' ἔστιν ἀνδρὸς νοῦν ἔχοντος· οὐκ ἀνῶ,
Ἀνασπάσαντα τὰς ὀφρῦς, οἴμοι, λαλεῖν,
Ἀλλ' ὃς τὰ αὐτοῦ πράγματ' ἐγκρατῶς φέρει.

INTERPR.

Damna & dolores fer modestè & leniter.
Sapientis est istud uiri: non Hei mihi,
Clamare, capenata atque fronte tetrica,
Aduersa sed ferre patienter omnia.

Patientiam plerique alii vtrorunque scriptorum loci nobis cōmēdāt, magnūmque eius fructū ostēdūt: ad hunc autē quod attinet, reprehendi in eo manifestum est illos qui ad huiusmodi querimonias prorumpunt quæ sint doloris veluti fomites. Sed quum ita legeretur, — οὐκ ἀνῶ. Ἀνασπάσας τις τὰς ὀφρῦς, οἴμοι, λαλεῖ, reposui ἀνασπάσαντα pro ἀνασπάσας τις, & λαλεῖν pro λαλεῖ. Quod autē sequitur, Ἀλλ' ὃς τὰ αὐτοῦ. structuræ orationis mutationem habet, quæ minimè noua est. nam seruando ἀκόλουθίαν,

dicendum fuisset, οὐκ ἀνασπῶντα τὰς ὀφρῦς, λαλεῖν, οἴμοι, ἀλλὰ φρονεῖν ἐγκρατῶς, &c.

EX EODEM MEN.

Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖς,
Τὰ δ' ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι.

INTERPR.

Foris beati quos beatos credimus,
Nihil sed intus differ unt à cęteris.

Habebis & alium eiusdem comici locum eiusdem argumenti, nęcnon quendam Philemonis, ita illi similem vt vnum ex altero mutuatum putes. Initium loci Menandri est Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία, &c. Philemonis autem, Νὴ Δία τὸν μέγιστον ὤμην Σωσία &c. Sed libet & Euripideos versus duos proferre, vbi tyrannis itidem illam εὐτυχίαν tribuit ἔξωθεν duntaxat: scribens,

Τυραννίδος δὲ τῆς πάλαι θρυλλουμένης
Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ
Λυπηρά.

id est,

Vultu tyrannis est quidem lętissimę,
Intus dolores sed fouet grauissimos.

EX EODEM MEN.

Ἐπὰν ἐν ἀγαθοῖς διατρεφόμενός τις ὢν

Ζητῇ τι κρεῖττον ὧν ἔχει, ζητεῖ κακά.

INTERPR.

Bona possidere quisquis & amicos potest,
Is melius aliquid si petit, malū petit.

Duplicem videntur interpretationem admittere hi Menādri versus, vnam, qualem expressi Latinis illis versibus: alteram, vt dicatur aliquis εὐνοούμενος ἐν ἀγαθοῖς, pro ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν εὐνοούμενος, vel τὴν παρὰ τῶν ἀγαθῶν εὔνοιαν ἔχων. qui sensus sicui magis placuerit, hic alteram istam interpretationem sequatur,

Habere amicos cui datur viros probos,
Is melius aliquid si petit, malū petit.

EX EODEM MEN.

— ἔργον εὑρεῖν συγγενῆ
Πένητός ἐστιν. οὐδὲ εἷς γὰρ ὁμολογεῖ
Αὑτῷ προσήκειν τὸν βοηθείας τινὸς
Δεόμενον. αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

INTERPR.

— propinquus pauperis
Vix inuenitur nullus. haud enim lubens
Quisquam propinquum se fatetur indigi,

Quid protinus aliquid petiturum putet.

Vt hîc dicit Menander difficile esse inuenire quenquam qui pauperis se propinquum esse fateatur, sic alibi, Ἀνδρὸς κακῶς πράττοντος ἐκποδὼν φίλοι. id est, *Aduersa cui sors, huic amici sunt procul.* vel, *Aduersa sors hominis fugat amicos procul.* Qui tamen prouerbialis versus ab aliis tribuitur aliis. Extat auté & hic in eandem sententiam, qui itidem senarius est, Τῶν δυστυχούντων δυστυχεῖς καὶ οἱ φίλοι. Sed plus tamen dicitur altero illo, nimirum eos qui amici fuerint in aduersa fortuna, procul facessere, & amicitiæ tergâ dare, vt loquitur Naso: ex quo libet etiam huc pertinétes locos aliquot proferre, iis quæ in se expertus erat, prouerbialem hanc sententiã confirmante. Ita igitur Trist. lib. 3, el. 5, *Vt cecidi cunctique metu fugere ruinam, Versáque amicitiæ terga dedere meæ.*

Idem lib. 1, elegia. 8,

Dum stetimus, turbę quantum satis esset, habebat
Nota quidem sed non ambitiosa domus:
At simul impulsa est, omnes timuere ruinam,
Cautáque communi terga dedere fugæ.

Eiusdem libri elegia 4,

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspiciẽda fides.
Dum iuuat & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli
Agminibus comitum qui modò cinctus erat.

Quibus subiungit, se antea quidem aliorum exemplis hoc didicisse, at nunc in seipso id expertum esse: addit enim,

Atque hæc exemplis quondam collecta priorum,
Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo tresúe mihi de tot superestis amici:
Cætera fortunę nõ mea turba fuit.

Denique & lib. 5, elegia 5,

Quúmque alii fugerent subitę contagiá cladis,
Nec vellent ictæ limẽ adire domus,
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem:
Si paucos aliquis trésue duósue vocat.

Addam & alium locum in quo duabus aliis pulchris comparationibus hanc ipsam sententiam illustrat. Ἀνδρὸς κακῶς πράττοντος ἐκποδὼν φίλοι. (Statui enim, quando-

quidem in hujusce versus mentionē incidi, & quæ ad eum pertinent afferre) Is est lib. 1, el. 8, (vnde & suprà quædam attuli)

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerit nubila, solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues?
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam:
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Vtque comes radios per solis euntibus vmbra est,
Quum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus,
Quæ simul inducta nube teguntur, abit.

Quemadmodum autem dicitur hic vix vllū inueniri pauperis propinquum, ita vicissim dicit alibi, nō multos, sed omnes esse propinquos eorum quibus res sunt prosperæ, in hoc versu, Τῶν δ' εὐτυχούντων εἰσὶ πᾶς τις συγγενεῖς. Extant autem & alii versus in quibus non συγγενῶν quidem, sed φίλων fit mētio, id est amicorum. Horum è numero est iste Sophoclis, Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους. id est, Nancisci ami-

cos protinus solent opes. & hic Euripidis,

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν
Ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

EX EODEM MEN.

Ἔρως τὸ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ.
Φιλεῖ κάτοπτρα καὶ κόμης ξανθίσματα
Φεύγει δὲ μόχθους. ἓν δέ μοι τεκμήριον·
Οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν,
Ἐν τοῖς δ' ἔχουσιν ἡβητὴς πέφυχ' ὅδε.

INTERPR.

Piger amor est, & in pigris innascitur,
Speculúque gaudet, gaudet & picta coma:
Vitans labores. istud hinc liquet mihi:
Amore captus vllus haud mendicus est,
Sed contrà adhæret puber iste ditibus.

Plutarchus in duobus Erotici sui locis sentẽtiæ huius meminit, in vno quidem ita scribens, (pag. 1347 meæ editionis) ἀλλ' ἀπὸ μιᾶς φωνῆς ἀκούομεν, Ἔρως τὸ ἀργὸν καὶ ἐπὶ τοιέτοις ἔφυ· καὶ πάλιν αὖ ὧδε, οὐ Κύπρις μόνον &c, In altero autē qui le-

gitur pag. 1353 σκόπει τοίνυν αὖθις (ἴσθι) τοῖς ἀργοῖς ἔργοις ὅσον ἔρως πάρεστιν, οὐκ ἀργὸς ὤν, ὡς Εὐριπίδης ἔλεγεν, οὐδὲ ἀστράτευτος &c. Obseruandum est autẽ eũ in illo priore loco eidem Euripidi tribuere & illud de Venere dictum, cuius initium apud eum, οὐ Κύπρις μόνον &c. quum tamen à Stobæo adscribatur Sophocli. Alii contrà (vt de his verbis taceam) Ἔρως γὰρ ἀργὸν & quæ sequuntur, Menandro tribuunt, ex quorũ sententia locum eis hîc dedi.

Quod autem ad horum versuum sensum attinet, Ouidius cecinit nõ solùm quæ illis astipulantur, sed & quæ prima quidem facie illis refragari atque adeo ex diametro repugnare videantur. Astipulantur autem hæc,

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
Contemptaque iacent & sine luce faces.
Quàm platanus riuo gaudet, quàm populus vnda,
Tam Venus otia amat.

Et paulo pòst,

Quæritur Ægisthus qua re sit factus adulter:
In promptu causa est: desidiosus erat.

At verò refragantur, vel potius refragari videntur ista, (atque adeo ex diametro pugnare, vt dixi)

Qui non vult fieri desidiosus, amet.

Et, *Amor odit inertes*. Et, *Militiæ species amor est: discedite segnes*.

Sed hos locos inter se conciliare facile fuerit, si propius eos inspicientes, consideremus eum dicere ex otio quidem & desidia nasci amorem, at non item desidiosum esse eum qui amore captus est. Id autem abundè confirmat in elegantissima illa comparatione amantis cũ milite, in elegia cuius initium est, *Militat omnis amans*, &c. Atqui nónne hic Græcus poeta (quicunque is est) dicit Amoré esse ἀργὸν? Equidem: sed tamen isti dissentanea minimè loquuntur. Neque enim dubium est quin ἀργὸς vocetur quanuis ad omnem ἐργατικὸν laboré impigros homines reddat, quoniã is velut otiosus quidam ac desidiosus censetur labor. sicut idẽ Naso queritur inuidos ei obiicere ignauos annos, & vocare carmen *opus inertis ingenii*. Hoc porro sciendum est, inueniri scriptum in hoc Euripidis loco non ἀργοῖς, vt ego hic scripsi, sed ἐργάταις: verùm ex iis quæ de hoc loco dixi, satis superque mendum illud argui existimo. Quod auté habet Plutarchus κἂν ᾖ τοιούτοις ἔφυ, eundem planè sensum efficit, qui enim sunt τοιοῦτοι qualis est ἔρως ὁ ἀργὸς, nisi qui ἀργοὶ sunt?

Similia his quoque, Οὐδεὶς ἐργά-

ᾗ τὸν Clotho &c., apud Nasonem legimus. nam respondent ea huic illius versui; *Non habet vnde suum paupertas pascat amorem.* Conueniunt & cum illo prouerbiali senario, Ἔρωτα παύει λιμὸς, ἢ χαλκοῦ σπάνις.

EX EODEM MEN.

Εὐδαιμονία τοῦτ' ἐστὶν, υἱὸς νοῦν ἔχων,
Ἀλλὰ θυγάτηρ κτῆμ' ἐστὶν ἐργῶδες πατρί.

INTERPR.

Felicitas est filius prudens patri,
Onerosa contra filia possessio.

Leguntur & apud alios comicos patrum de filiabus querelæ huiusmodi: è quibus est illa eius qui *κόρην* vocat ταμιεῖον πικρόν. Sed has, eo minus mirari debemus quod multo etiã peiora à quibus minimè deceret (id est à nonnullis Christianis) quotidie audiamus.

EX EODEM MEN.

Εὕροις δ' ἂν οὐδὲν τῶν πάντων, ὦ Δημέα,
Ἀγαθὸν ἐν ᾧ τι μὴ προσέστι καὶ κακόν.

INTERPR.

Bonum inuenire Demea nullum potes,
Admixta cui non aliqua portio mali.

Leguntur & alibi hi senarii, sed habentes Σιμύλε pro ὦ Δημέα, & ἁπάντων (alioqui enim versus nõ st-

rei)item οὐδὲν: & ὅπου pro ἐν ᾧ. Sed Δημέαν legimus & in aliis Menandri locis, sicut & apud Terentium Demeam. Quod autem ad sententiam attinet, ad eos referri potest quod vulgo dicimus Commoditatem omné trahere secum aliquod incommodum. Legimus itidem apud Nasonem, *Nil prodest quod non lædere possit idem.*

EX EODEM MEN.

Ἔχω δὲ πολλὴν οὐσίαν, καὶ πλούσιος
Καλοῦμ᾽ ὑπὸ πάντων, μακάριος δ᾽
ὑπ᾽ οὐδενός.

INTERPR.

Opes mihi sunt plurimæ, & diues uocor
Ab omnibus, beatus à nullo tamen.

Non esse sitam in diuitiis felicitatem, nõ philosophi solùm sed & poetæ plerisque in locis docuerũt, ac nominatim Horatius, ad quem te remitto.

EX EODEM MEN.

Θυγάτηρ ἐπίγαμος, κἂν ὅλως μηδὲν
λαλῇ,
Διὰ τοῦ σιωπᾶν πλεῖστα περὶ αὑτῆς
λέγει.

INTERPR.

Ætatis est quæ nubilis iam filia,

De se, silendo, plurima loquitur tamen.

Quo hæc sensu dixerit Menander diuinandum nobis relinquitur, quum præcedentia & sequentia non extet, ex quibus iudicium fieri possit. Sunt qui suspicentur eum ad laudem illam respexisse quam mulieribus affert silentium, quò pertinet iste qui huic ipsi poetæ tribuitur senarius, Γυναιξὶ πάσαις κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. quem suspicor eum ex hoc Sophoclis esse mutuatū, Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Sunt (inquam) qui suspicentur virginem dici plurima loqui de se, quum silet, id est, eo ipso quòd silet, loqui ac palàm dicere se benè esse educatā ac bonis moribus prædit am: quòd nimirum silentium sit luculentissimum harum rerum testimonium. Verùm ego hanc expositionem nullo modo probare queo, quòd non dicat simpliciter διὰ τοῦ σιωπᾶν, sed etiam κἂν ὅλως μηδὲν λαλῇ, & nominatim quòd particula κἂν vtatur. Dico igitur contrà videri mihi comicum intellexisse ætatem nubilé satis commendare patri suam filiam, & satis supérque eum paterni admonere officii. Perinde ac si dixisset, Filia quæ est nubilis, loquitur, quanuis taceat. nam eius ætas patri eam

commendat, & quærendi mariti admonet.

EX EODEM MEN.

Καὶ τοῦτον ἡμᾶς τὸν τρόπον γαμεῖν ἔδει
Ἅπαντας, ὦ Ζεῦ σῶτερ, ὡς ἀνούμεθα.
Οὐκ ἐξετάζειν μὲν τὰ μηδὲν χρήσιμα.
Τίς ἦν ὁ πάππος ἧς γαμεῖ, τίτθη δὲ τίς.
Τὸν δὲ τρόπον αὐτῆς τῆς γαμουμένης, μεθ' ἧς
Βιώσεται, μήτ' ἐξετάσαι, μήτ' ἰδεῖν.
Ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα
Εἰ τἀργύριον καλόν ἐστι, δοκιμαστὴς ἴδῃ,
Ὃ πέντε μῆνας ἔνδον οὐ γενήσεται·
Τῆς διὰ βίου δ' ἔνδον καθεδουμένης ἀεὶ
Μὴ δοκιμάσασθαι μηδὲν, ἀλλ' εἰκῇ λαβεῖν
Ἀγνώμον', ὀργίλην, χαλεπὴν, ἐὰν τύχῃ,
Λάλον. περιάξω τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα
Τὴν πόλιν ὅλην· οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν,
Λαλεῖτε, προσκοπεῖσθε ἡλίκον κακὸν
Λήψεσθ'. ἀνάγκη γὰρ γυναῖκ' εἶναι κακὸν,
Ἀλλ' εὐτυχὴς ἐσθ' ὁ μετριώτατον λαβών.

Operæpretium in uxore ducenda foret
Hac mēte cūctos esse, summe Iuppiter:
Non hæc quidem, nil quæ attinent, exquirere,
Auus quis aut auia futuræ coniugis:
Quibus uxor autem moribus sit, quicum agi
Necesse vitam, neutiquam hoc exquirere.
Mensæque dotem imponere quidē sedulò,
Vt nūmuli explorentur an sient probi,
Qui quinque menses non futuri sunt domi:
At verò in illa quæ domi ęuum transiget
Nil prorsus explorare, sed temere domum
Quæ pernicacis ingeni sit et improbi,
Atque stomachosam, forsitan sanam quoque
Loquaculā deniq; mulierē adducere.
Totam per vrbem filiā ducam meam.
Quicunque vultis hanc habere dicite.
Sed prævidete quantū habebitis malum.
Nánque est necesse, mulier omnis sit malum,
Sed is beatus cui obtigit lęuissimū.
Eadem cōquestus est de re multo ante Menandrum Theognis, in

his elegantissimis versibus,

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε καὶ ἵππους
Εὐγενέας· καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
Βήσεσθαι. γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
Ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἤν οἱ χρήματα πολλὰ διδῷ.
Οὐδεμία κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶν ἄκοιτις
Πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα μὲν τιμῶσι· καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
Καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ. πλοῦτος ἔμιξε γένος.
Οὕτω μὴ θαύμαζε γένος Πολυπαΐδη ἀστῶν
Μαυροῦσθαι· σὺν γὰρ μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς.
Αὐτός τοι ταύτην εἰδὼς κακόπατριν ἐοῦσαν
Εἰς οἴκους ἄγεται, χρήμασι πειθόμενος,
Ἔνδοξος κακόδοξον. ἐπεὶ κρατερή μιν ἀνάγκη
Ἐντύνει, ἥτ' ἀνδρὸς τλήμονα θῆκε νόον.

Sed quamuis hæc Theognis multo ante Menādrum cecinerit, possumus tamē dicere (quod apud Plut. quidam prouerbialiter dixisse videtur) hæc sciuisse homines ante-

quam Theognis nasceretur, vel potius multo aut etiam multis seculis antequam Theognis nasceretur. Hodie autem quàm multi impellente auaritia celebrentur ἄγαμοι γάμοι, & quidem plurimis modis ἄγαμοι, ii demum homines ignorant qui extra terrarum orbem habitant.

In versu quarto ex πιτθὴν feci τίτθην, id est ex nomine significante nutricem, feci (& quidem parua immutatione) nomen significans auiam. Sicui tamen lectionem illam retinere libuerit, illi per me licebit, quamuis existimem fuisse potius dicturum Menandrum τροφὸς quàm πιτθὴν, si eam significare voluisset, cui aliqua formandorum puerilium morum cura demandata erat.

De hoc loco, γυναῖκ' ἐστὶ κακὸν, dixi antea, vbi & Laconis illius memini qui reprehensus quòd vxorẽ duxisset quandam quę valde parua erat, respondit, ex malis eligenda esse minima. Vnde apparet etiã fuisse olim valde peruulgatum hoc aduersus mulieres dictum. Quid verò mirum? quum & hodie Christiani plurimi non ioco tantùm, sed & seriò de illis ita loquantur? Et tamen, si verum excutiamus, in ipsum Deum, Opt. Max. redundat hæc contumelia. Quum igitur audimus, Κακὸν γυναῖκες, ἀλλ' ἀναγ-

κακὸν κακόν: item, Ἀθάνατον δὲ κακὸν ἀναγκαῖον γυνή: occinamus ista quæ itidem ex ſcena prodeunt,

Οὐ πάντες οὔτε δυστυχοῦσιν ἐν γάμοις,
Οὔτ' εὐτυχοῦσι. συμφορὰ δ' ὃς ἂν τύχῃ
Κακῆς γυναικὸς, εὐτυχεῖ δ' ἐσθλῆς τυχών.

id eſt,

Non coniugalis ſemper infelicitas
Felicitáſve ſemper eſt comes toro,
Sed prout vxor obtigit proba, aut ſecus.

Verti autem & hoc modo,

Haud nuptiis eſt omnibus felicitas
Comes, omnibus nec rurſus infelicitas,
Sed prout vxor contigit bona aut mala.

Quòd ſi antiquiores teſtes deſiderãtur, tanquã ἀξιοπιστότεροι, occinamus primùm quidem ex Heſiodo,

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λητζετ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

id eſt,

Nil vxore bona melius vir comparat, & nil,
Nil vxore mala peius ſibi comparat idem.

Simonides autem, non idem ſolùm ſed & iiſdem magna ex parte

verbis vtens, & ex versibus hexametris iambicos trimetros faciens, scripsit,

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
Ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

EX EODEM MEN.

Μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει.
Χρῆται γὰρ οὗτος εἰς ἃ δεῖ ταύτῃ καλῶς.

INTERPR.

Cui mēs opésque sũt simul, beatus est.
His nanque rite solus illis vtitur.

Diuitem esse non cui sunt opes, sed qui opibus vti nouit, tradiderunt & alii poetæ. Quum autem, mens ac prudentia verum earum vsum doceat, meritò beatus dicitur qui opulentus simul & mente est præditus.

EX EODEM MEN.

Μέγιστόν ἐστιν ἄρα τοῖς ἠτυχηκόσι,
Τὸ παρόντας ἐγγὺς τοὺς συναλγοῦντας βλέπειν.

INTERPR.

Aduersa quum sors ingruit, tunc maximum est
Videre nostris cōdolescant qui malis.

Si ei quem aduersa fortuna premit, magno solatio est εἰς ὁμμάτ

εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι, quid εἰς ὄμματα φίλου συναλγοῦντος; Videri tamen potest Euripides, quum illud dixit, intellexisse συναλγοῦντος. alioqui enim vix amicus ille dignus amici nomine fuerit. Est autem locus Euripidis hic,

Ξυνὸν τοῖς φίλοισιν ἡδὺ μὲν πράσσειν καλῶς,
Εἰ δ' ἄρα συμβαίη τι δυσχερέστερον,
Εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐμβλέψαι γλυκύ.

Qui postremus versus sæpe à Plutarcho repetitur.

EX EODEM MEN.

Μὴ οὐ γαμεῖν. ἂν δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα, δεῖ.

INTERPR.

Ducas caue vxorem. sed ubi eam duxeris,
Fer coniugē dotémq; cōniuēs dehinc.

Perinde est (opinor) ac si diceret, Vbi semel vxorem duxeris, tum apud te ita statuas, necesse tibi esse incommoda & mala omnia quæ dotatæ vxoris coniugium afferre solet, tanquam clausis oculis transilire. nam dotem & vxorem pro dotata vxore aptè accipi posse existimo: cuius quàm graue sit onus de-

cebit alibi idem poeta. Sed apud Stobæum hiſce duobus verſibus ſubiunguntur iſti,

Ἐκπαιδεύεσθαί τ᾽ ἀρσένων ἡμᾶς πέ-
ρι.
Τὸ μὲν μέγιστον, οὔποτ᾽ ἄνδρα δεῖ σο-
φὸν,
Λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς
δόμων.
Ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραζε ἡδονῆς,
Ἐν δ᾽ ἀφθόνοισι τοῖσδ᾽ ἀναστρωφω-
μένη,
Βλέπουσά τ᾽ εἰς πᾶν καὶ παροῦσα παν-
ταχοῦ,
Τὴν ὄψιν ἐμπλήσασά τ᾽, ἀπήλλακται
κακῶν.
Τό τ᾽ ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον.
Ὅστις δὲ μοχλοῖς καὶ διὰ σφραγι-
σμάτων
Σώζει δάμαρτα, κ᾽ ἀνδρὶ δὴ δοκῶν σο-
φὸς,
Μάταιός ἐστι, καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ.
Ἥτις γὰρ ἡμῶν καρδίαν θύραζ᾽ ἔχει,
Θᾶσσον μὲν οἰστοῦ καὶ πτεροῦ χωρί-
ζεται,
Λάθοι δ᾽ ἂν Ἄργου τὰς πυκνοφθάλ-
μους κόρας.
Καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας
γέλως,
Ἀνήρ τ᾽ ἀχρεῖος χ᾽ ἡ γυνὴ διοίχεται.

Verùm quum in Alexide ad hunc locũ remiſiſſem, eum poſtea Euripidi tribui comperi. His certè latius explicatur quod paucis dixit Alexis.

Οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα
Οὐδ᾽ ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή.

id est,

Nullius arcis, nullius pecuniæ
Custodia æquè difficilis ac fœminæ.

Sunt auté in eodé illo siue Menádri siue Euripidis loco quæ optimè conueniunt cum his Ouidianis,

Dure vir, imposito teneræ custode puellæ,
Nil agis; ingenio quæque tuenda suo est.
Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est:
Quæ, quia non liceat, non facit, illa facit.
Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est,
Nec custodiri, ni velit, vlla potest.
Nec mentem seruare potes, licet omnia claudas:
Omnibus exclusis intus adulter erit.
Cui peccare licet, peccat minus: ipsa potestas
Semina nequitiæ languidiora facit.

Quod autem ad hunc versum attinet, Λάθοι δ᾽ ἂν Ἄργου τοὺς πυκνοφθάλμους κόρας, idem habet ipse Naso, verùm non itidem tanquam de re quæ fieri possit, sed tanquam de re quæ facta sit:

*Centum fronte oculos, centum ceruice

gerebat
Argus, & hos vnus sæpe fefellit Amor.

Qui autem subiunguntur versus, citati fuerunt iam suprà in quorundam Apollodori versuum expositione, planè ad hunc locum pertinentium.

Καὶ κλείεται ἡ θύρα μοχλοῖς· ἀλλ' οὐδὲ εἷς
Τέκτων ὀχυρὰν οὕτως ἐποίησεν θύραν,
Δι' ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται,
id est,

Clauduntur ædes pessulis, repagulis:
Sed ianuam faber haud ita unquam muniit,
Vt nõ pateret feli aditus & adultero.

Habet tamẽ & peculiare aliquid hic siue Menãdri siue Euripidis loc⁹. nã pro eo quod dicit Naso ipsã peccandi potestatem feminã nequitiæ languidiora facere, dicitur hic mulierem postquam varios atque adeo quoscunque & quæcunque libuit spectando, oculos velut famelicos satiauit, tũc ἀπηλλάχθαι κακῶν. id est, liberatam esse mala illa qua prius flagrabat cupidine, quum nihil eius oculis pateret.

At hic versus Τό, τ' ἐρᾶν ἀεὶ τῶν κεκρυμμένων λίχνον, conuenit cum his, *quicquid seruatur cupimus magis ipsáque furem Præda vocat.* Possit vero huc referri & quod Metamorph. li. 1. legitur, *Si qua latẽt, me-*

liora putat : accipiendo tamen generalius quàm ibi accipiatur.

Cæterùm primos duos versus à cæteris seiunxi, quòd eos qui illis subiunguntur, aut alius esse autoris, aut, etiamsi eiusdem sint, ex alio sumptos esse loco, persuasum omnino habeam. Sed nec dubito quin mendosus iste sit versus Εκγωθεῖν ταῦταις τ᾽ ἀρσένων ἡμᾶς σέθεν, quem fortasse alioqui cohærere cum duobus illis videremus. Mendosa autem sunt & hæc, κ᾽ ἀνδρὶ δὲ δοκῶν σοφός. Vltimus quoque versus mendo carere non videtur.

EX EODEM MEN.

Μὴ τοῦτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω,
Α᾽λλ᾽ εἰ φρονιμωτέρους τοὺς λόγους ἀνδρὸς ἐρῶ.

INTERPR.

Spectare noli sim ne iuuenis qui loquor,
Viri sed utrum uerba prudentis loquar.

Huc pertinent isti eiusdem poetæ senarii,

Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ φρονεῖν,
Α᾽λλ᾽ ὁ τρόπος ἐνίων τῇ φύσει γέρων.

id est,

Cani haud putandi causa sunt prudentiæ,

Mores seniles ipsa sed natura dat.

Talis & iste senarius, qui eidem tribuitur,

Πολιὰ χρόνου μήνυσις, οὐ φρονήσεως.

Qui senarius argumentum fuit fortassis huius distichi, Anthol. epigr. lib. 1, pag. 21 meæ editionis,

Αἱ πολιαὶ σὺν νῷ γεραρώτεραι· αἱ γὰρ ἄτερ νοῦ
Μᾶλλον τῶν πολλῶν εἰσὶν ὄνειδος ἐτῶν.

Videtur autem hæc obiter oppugnare sententiam illam Euripidis, ex ipso tamen (vt ita dicam) sensu communi petitam, in Phœnissis,

Ὦ τέκνον οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακὰ
Ἐτεόκλεες πρόσεστιν· ἀλλ' ἡ 'μπειρία
Ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

(Vnde non dubium est quin hæc sumpserit Ouidius Metamorph. lib. 6,

—non omnia grandior ætas
Quæ fugiamus habet, seris venit vsus ab annis)

Sed non dubium est quin altera illa sententia reprehédat potius eos qui temere quosuis senes, quod ad prudentiam attinet, iuuenibus anteponendos censent. Cæterùm non stare posteriorem versum animaduerti quidem, simúlque quomodo mésuræ suæ restitui posset: malui tamen receptam lectionem lectoris iudicio vel potius coniecturæ seu diuinationi relinquere, quàm audaciæ accusari. Nõ ma-

lz.i.

gna tamen ea fuisset mutatio, ita nimirum scribendo,

Ἀλλὰ φρονοῦντος ἀνδρὸς οἱ λόγους ἔργῳ.

EX EODEM MEN.

Ὁ σκληρότατος πρὸς υἱὸν ἐν τῷ νουθετεῖν,
Τοῖς μὲν λόγοις πικρός ἐστι, τοῖς δ' ἔργοις πατήρ.

INTERPR.

Valde in monendo siquis asper filio,
Verbis acerbus est quidē, sed re pater.

Huc pertinet quod infrà refertur.
Οὐδέποτ' ἀληθὲς οὐδὲν οὐδ' υἱῷ πατὴρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.
At verò quod in Terentiana legitur Andria, Act. 2, scena 3, *Pater est, Pamphile*, ad potestatem paternam potius quàm φιλοστοργίαν refertur.

EX EODEM MEN.

Ὁ φθονερὸς αὑτῷ πολέμιος καθίσταται.
Αὐθαιρέτοις γὰρ συνέχεται λύπαις ἀεί.

INTERPR.

Sibi hostis ipsi redditur vir inuidus.
Hunc nanque mœror quem sibi accersit, premit.

Quod hic dicitur à Menandro

τὸν φθονερὸν ἑαυτοῦ χαλδόστασθαι πολέμιον, id planè est quod à Carcino περὶ φθόνου dicitur, αὐτὸ τὸ κτῆμα λυπεῖν τοὺς κεκτημένους. ita enim ille,

Χαίρω σ' ὁρῶν φθονούμενος· τοῦτ' οὐδὲν, ὅτι
Ἓν δρᾷ μόνον ἴδιον ὧν ποιεῖ φθόνος·
Λυπεῖ γὰρ αὐτὸ τὸ κτῆμα τοὺς κεκτημένους.

Hinc etiam dicitur φθόνος, quum sit κάκιστον, id est res pessima, habere tamen in se boni aliquid, in Anthol. epigr. à quodam anonymo.

Ὁ φθόνος ἐστὶ κάκιστον, ἔχει δέ τι καλὸν ἐν αὐτῷ·
Τήκει γὰρ φθονερῶν ὄμματα καὶ κραδίην.

Sed & hoc versu (qui itidem est ἀδέσποτος) elegantissimè illud exprimitur,

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

EX EODEM MEN.

Ὅστις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν,
Πλουτοῦσαν, ἤτοι μῆνιν ἐκτίνει θεῶν,
Ἢ βούλετ' ἀτυχεῖν, μακάριος καλούμενος.

INTERPR.

Qui ducere uxorem cupit prædivitem

lz.ti.

Pœnas uel ille pendit iratis deis,
Vel, dum beatus audit, esse uult miser.

Sunt alii Menandri loci itidémque aliorum comicorum nonnulli, ex quibus satis liquet quò respiciēs Menander hæc dixerit.

EX EODEM MEN.

Ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται ταχὺ,
Ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τὸν τρόπον,
Ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην
ἔχει.

INTERPR.

Qui præbet aurem credulam calumniis,
Vel ingenio is est præditus vir improbo,
Vel mentis haud plus quàm puer quinis habet.

Qui credulus est calumniatoribus, aut (generalius etiam) delatoribus, is si ideo credit quod de aliis narratur, quia eos ex suo metitur ingenio, est improbus: sin ideo illis est credulus, quia quæ verisimilia sunt, discernere nescit à contrariis, is verè puerili mente præditus est.

EX EODEM MEN.

Ὅστις πένης ὢν ζῆν ἐν ἄστει βούλεται,
Ἀθυμότερον ἑαυτὸν ἐπιθυμεῖ ποιεῖν.

Ὅταν γὰρ εἰς τρυφῶντα καὶ σχολὴν ἄ-
γων
Δυνάμενον ἐμβλέψῃ, τόθ' αὐτὸν ἔστ'
ἰδεῖν
Ὡς ἄθλιον ζῇ καὶ ταλαίπωρον βίον.

INTERPR.

Quicunque in vrbe pauper aptat vi-
uere,
Se tristiorem quàm prius vult red-
dere.
Nam quum intuetur ille qui curant
cutem,
Et otio fruuntur, inde perspicit
Quàm calamitosa sua miseráque ui-
ta sit.

Græcis illis versibus attexuntur & illi,

Κακῶς ὁ δεσπότης βεβούλευται πάνυ.
Ἐν ἄστει γὰρ οἰκῶν, οὐ σοφῶς ἐξηλέγ-
χετο
Τῆς μερίδος ὢν τῆς οὐδαμοῦ τεταγ-
μένης,
Εἶχεν δὲ παραπέτασμα τὴν ἐρημίαν.

Qui versus quanuis eiusdem sint cum præcedentibus argumenti, nō tamen satis cum illis cohærere videntur. Non dubium est alioqui quin ibi de paupere loquatur qui relicto agro vrbem incolit. is enim quantisper ibi degebat, non videbat cui lautam mensam atque otium inuideret: contrà verò in vrbe videt quamplurimos uibus vtrun-

que inuidere possit, & præ quorum vita suam multo calamitosiorem existimaturus sit quàm antea. De vtraque autẽ vita legimus & apud Terentium initio Adelphorum, vbi inducitur ita loquens Mitio,

Ego hanc clementem uitam urbanam
atque otium
Sequutus sum, & (quod fortunatum
isti putant)
Vxorem nunquam habui, ille contrà
hęc omnia:
Ruri agere uitam, semper parcè ac
duriter
Se habere uxorem duxit, &c.

EX EODEM MEN.

Ὅταν πένης ὢν καὶ γαμεῖν τις ὁρμήσας
Τὰ μετὰ γυναικὸς ἐπιδέχηται χρήματα.
Αὑτὸν δίδωσιν, οὐκ ἐκείνην λαμβάνει.

INTERPR.

Quum pauper aliquis contrahendo
nuptias,
Quas uxor affert, accipit pecunias,
Sese dat ipse, potius illã quàm accipit.

Paulo antè de quolibet ducente diuitem vel potius prædiuitem, loquutus est: nunc de paupere qui diuitem ducit, qui certè non est ἄθλιος solùm, sed præ alio τρισά-θλιος. Nã si nihil est intolerabilius quàm fœmina diues, etiamsi diuiti nupta sit, quid quum pauperi nu-pta fuerit?

EX EODEM MEN.

Οὐ δεῖ διαβολῆς καταφρονεῖν, οὐδ᾽
ἂν σφόδρ᾽ ᾖ
Ψευδής. ἐπίστανται αὔξειν αὐτήν τι-
νες,
Δι᾽ οὓς φυλάττεσθαι τὰ τοιαῦτ᾽ ὀρ-
θῶς ἔχει.

INTERPR.

Spernenda non est uel minima calu-
mnia.
Nam plurimi artem illius augendæ
tenent:
Quos propter illa qui cauet, rectè facit.

Isocrates quoque iubet nos metuere calumnias: sed aliam rationem affert, quòd videlicet plerique veritatē ignorent, eámque tantùm quæ de aliquo habetur opinionem spectēt. Eius verba sunt, εὐλαβοῦ τὰς διαβολάς, κἂν ψευδεῖς ὦσιν. οἱ γὰρ πολλοὶ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, πρὸς δὲ τὴν δόξαν ἀποβλέπουσι. At Demosthenes his velut respondens, dixit, διαβολὴν καιρῷ μὲν ἰσχυρὰν ἐργάζεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὴν ὑπόληψιν, χρόνῳ δὲ πάντων ἀσθενεστέραν γίνεσθαι. Cæterùm quum διαβολῆς vertissem *Calumnia*, nō putaui addendū, *Etiam si falsa sit*, quòd calumnia nequeat esse alia quàm falsa. (quum contrà διαβολὴ possit generalius accipi) Quum autem sequatur, Esse qui

eam augere norint, dicere malui
Vel minima. Quia tamen non libenter interpretatione liberiore vtor, videat lector an hanc malit,

Delationem, sit licet falsissima
Ne sperne. quidam quî sit augẽda hæc sciunt,
Ob quos ab illa te tibi cauefeexpedit.

EX EODEM MEN.

— οὐ λυποῦντα δεῖ
Παιδάριον ὀρθοῦν, ἀλλὰ καὶ πείθοντά τι.

INTERPR.

--verberibus haud solis puer,
Verbis sed inducendus ad rectum bonis:

Sic Terentianus Mitio,
Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse credo, quàm metu.
Et aliquanto pòst,
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest: hoc quì nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.

Verùm quum dicat Menãder non ἀλλὰ πείθοντα, sed ἀλλὰ καὶ, addens etiã τι, verti, ***Verberibus** haud solis*. Quum enim ille particulas hasce subiungat, mihi fit verisimile præ-

cessisse particulam quampiam ad quam referrentur: ac fuisse scriptũ, ἢ μόνον λυποῦντα δεῖ, vel ὃ λυποῦντα δεῖ ἀεὶ, aut tale quid.

EX EODEM MEN.

Οὐδ' ἕνα δ' ἔχοις ἰδεῖν ἂν, οὐδ' εἰπεῖν,
 ὅτῳ
Οὐκ εἰσὶ πάπποι. πῶς ᾧ ἐγγύοντ'
 ἄν ποτε;
Εἰ μὴ λέγειν δ' ἔχουσι τούτους διά
 τινα
Τόπου μεταβολὴν, ἢ φίλων ἐρημίαν,
Εἰ τῶν λεγόντων εἰσι δυσγενέστεροι;

INTERPR.

Haud vel uidere, nominare uel queas
Auis carentem. natus etenim qui fo-
 ret?
Sin aliquis, aut quòd prorsum ami-
 cis caruerit,
Sedésve quòd mutàrit, hos dicere ne-
 quit,
Ignobilisne sit magis dicentibus?

Ex eadem fortasse comœdia aut etiam ex eodem comœdiæ eiusdem loco sunt hi versus, ex quo & illi suprà,

Ἀπολεῖ με τὸ γένος. μὴ λέγ' εἰ φιλεῖς
 ἐμέ,
Μῆτερ, ἐφ' ἑκάστῳ τὸ γένος. &c.

Sed hic festiuè ludit Menander in autorū appellatione, aduersus eos qui semper in ore illos habent.

EX EODEM MEN.

Οὐδέποτ' ἀληθὲς οὐδὲν οὔθ' υἱῷ πατὴρ
Εἴωθεν ἀπειλεῖν, οὔτ' ἐρῶν ἐρωμένῃ.

INTERPR.

Vt irrita parentis in prolem suam,
Sic & in amicam sunt amatoris minae.

Quod de patre dicit, conuenit cum versibus quos paulo antè interpretatus sum, (horum quoqu mētionem faciens) C° σκληρὸς πατὴρ υἱόν &c. At verò quàm sint irritę amatoris in amicam minæ, pulcherrimè nobis describit vel depingit potius Terentius, in hoc Eunuchi loco, vbi Parmeno seruus Phædriæ adolescenti dicit inter alia,

Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egone illam? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modò.
Mori me malim. sentiet qui vir siem,
Hæc verba mehercle una falsa lacrymula,
Quam, oculos terendo miserè, vix vi expresserit,

Restinguet & te ultro accusabis, & ei dabis
Vltro supplicium.
Ad vtrunque autem Menandri versum pertinet qui illi ipsi adscribitur senarius,
Ὀργὴ φιλοῦντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.

EX EODEM MEN.

Οὐδεὶς ἐφ᾽ αὑτοῦ τὰ κακὰ συνορᾷ Πάμφιλε
Σαφῶς, ἑτέρου δ᾽ ἀσχημονοῦντος ὄψεται.

INTERPR.

Haud vllus in se uitia cernit Pamphile,
At indecorè quod agit alius, perspicit.

Vide suprà quæ dixi de his eiusdem argumenti versibus,
Ἅπαντές ἐσμεν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοί,
Αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν.

EX EODEM MEN.

Οὐκ ἔστι λύπης (ἄνερ ὀρθῶς τῇ σκοπῇς)
Ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει.

INTERPR.

Natura nullum grauius homini dat malum

Mœrore, si quis ut decet consideret.

Malim τῇ ἐν ἀνθρώπων φύσει.
De hac autem gnome dicetur pau
lo pòst vbi ad aliam quæ huic simi
lis est, vel potius eadem cum hac,
ventum fuerit.

EX EODEM MEN.

Οὐκ ἔστιν ὀργῆς (ὡς ἔοικε) φάρμακον
Ἀλλ' ἢ λόγος σπουδαῖος ἀνθρώπου
φίλου.

INTERPR.

Iræ medela est non (ut arbitror) alia,
Quàm uerba amici ex ore profici-
scentia.

At Æschyli dictum generalius
est, vbi ait ὀργῆς νοσούσης ἰατροὺς εἶ-
ναι τοὺς λόγους, pag. 27 meæ editio
nis. vbi tamen lectionem quàm
Plut. habet, ψυχῆς νοσούσης, huic præ
tuli, existimans ψυχὴν νοσοῦσαν
vocari ὀργὴν, vt docui in iis quas
calci illius editionis Æschyli appo-
sui annotationibus. Legimus ve-
rò & inter μονοστίχους γνώμας quæ
Menādri magna ex parte esse pu-
tantur,

Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.

item,

Μέγιστόν ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγος.

Alibi vero non ὀργὴ, nec ψυχὴ νο-
σοῦσα, sed τὸ κατὰ ψυχὴν πάθος di-
citur: in hoc versu videlicet,

ὁ λόγος ἰατρὸς τοῦ κατὰ ψυχὴν πάθους. si tamen aut Menādri, aut alius veteris comici est hic versus. Quam verò horum, eandem & λύπης (id est mœroris) medicinā esse ait, scribens,

Λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος.

Verùm alibi non simpliciter λόγον dicit, sed εὔνου λόγον, scribens,

Λύπην γὰρ εὔνους οἶδε θεραπεύειν λόγος.

Item,

Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.

In quibus versibus (qui tamen ita sunt similes vt pro vno eodémque haberi possint, vt θεραπεύειν & ἰᾶσθαι sint potius diuersæ lectiones, quàm duos versus efficiant) λόγον εὔνουν non aliud esse puto quàm quod in iis duobus quos hîc propositos habemus versibus appellat λόγον ἀπὸ σπουδαίου ἀνθρώπου φίλου.

EX EODEM MEN.

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.

INTERPR.

Retineri vt à te non potest iactus lapis,
Sic ore verba emissa quæ semel tuo.

Vel,

Emissus vt non est lapis reuocabilis,
Emissa nemo verba reuocare est potis.

Idem de verbo semel emisso dicit hic senarius qui eidem Menandro tribuitur, Ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.

Sic & Horatius,

Et semel emissum volat irreuocabile
verbum.

Huc autem respexisse creditur & Homerus quum ἔπεα vocauit πτερόεντα.

EX EODEM MEN.

Οὗτος κράτιστός ἐστ᾽ ἀνὴρ ὦ Γοργία.
Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ᾽ ἐπίσταται
βροτῶν.

INTERPR.

Existimandus ille praestantissimus,
Iniurias qui ferre nouit plurimas.

Nouum plerisque fuerit hoc dictũ fortasse: quod tamẽ Plutarchus nouum videri non sinit, scribens in Apophth. pag. 333 meae editionis, Τήλεκλος ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἐγκαλοῦντα τοῖς πολίταις ὡς ἀγνωμονέστερον αὐτῷ προσφερομένοις ἢ ἐκείνῳ, Σὺ γὰρ (εἶπεν) οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι. vbi itidẽ poni existimo ἀδικεῖσθαι pro Iniurias ferre, seu pati-

enter ferre. Legimus verò apud eundem pag. 425, de Lacedæmoniis, τοὺς δ' ἀρχοὺς προστεθείκασι τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι. (ita enim habet mea editio, quum in aliis sit ἀχοῦς, mendosum nihilque significans vocabulum) Iam verò & Paulus apostolus ita usus est verbo ἀδικεῖσθαι, in 1 epist. ad Cor. cap. 6. qui etiã locus huc pertinet. ita enim ibi scribit, ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν. διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

EX EODEM MEN.

Οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ
φρονεῖν,
Ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέ-
ρων.

INTERPR.

Cani haud putandi causa sunt prudentiæ,
Mores seniles ipsa sed natura dat.

De horum versuum sententia dixi paulo antè in illis quorũ prior est, Μὴ τοῦτο βλέψῃς, εἰ νεώτερος λέγω.

EX EODEM MEN.

Ο σκληρὸν ὁ χρόνος ὁ πολὺς, γῆρας βαρύ·
Ὡς οὐδὲν ἀγαθὸν, δυσχερῆ δὲ πόλλ' ἔ-
χεις·

Τοῖς ζῶσι καὶ λυπηρόν. πάντες εἰς σὲ δὲ
Ἐλθεῖν ὅμως εὐχόμεθα καὶ σπουδάζομεν.

INTERPR.

Longa grauis aetas es, senectus es grauis.
Nam commodū nullum, sed incommoda vehis
Permulta. cupimus atque nitimur tamen
Ad te, senectus, peruenire quilibet.

Versus Antiphanis quibus eadē includitur sentētia, habuisti suprà, pag. 46 & 47. vbi & aliorū eadem de re protuli verba. Caeterùm in Graeco contextu, vt quidem scriptus habetur, à tertia persona transitur ad secundam, si subaudiatur ἐστὶν in primo versu: sin subaudiatur εἶ, (quod magis mihi placet) nulla fuerit personae mutatio: quod etiam sequi in mea interpretatione malui.

EX EODEM MEN.

Πάντων ἰατρὸς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
Χρόνος ἐστὶν οὗτος· καί σε νῦν ἰάσεται.

INTERPR.

Quibuslibet necessitas quae dat malis
Tempus medetur: & tibi id medebitur.

V de

Vide suprà versum huc pertinentem, pag. 71, Αὐτῆς δὲ πάσης γίγνετ' ἰατρὸς χρόνος. Cæterùm ἀναγκαίων κακῶν, sum interpretat⁹, Quę necessitas dat, interpretaturus, Quæ necessitas uehit, (si mẽsura mei versus admisisset) vt reddidi pag. 94. Intellige autem fatalem necessitatem (qua periphrasi & ipse Cic. reddit alicubi εἱμαρμένην, id est fatum: & alicubi νόμοι εἱμαρμένοι, leges fatales ac necessariæ) Quibus ἀναγκαίοις opponere possumus αὐθαίρετα, ex eodem poeta, dicente suprà inuidum: αὐθαιρέτοις συνέχεσθαι λύπαις ἀεί.

EX EODEM MEN.

Πατρῷ' ἔχειν δεῖ τὸν καλῶς εὐδαίμονα.
Τὰ δὲ μετὰ γυναικὸς εἰσιόντ' εἰς οἰκίαν,
Οὔτ' ἀσφαλῆ τὴν κτῆσιν, οὔθ' ἱλαρὰν ἔχει.

INTERPR.

Paterna demum nos beāt verè bona.
Nam quę bona intrant cum nupta noua domum,
Nec possidenti tuta nec iucunda sunt.

Distinguit hîc Menander bona paterna, id est à patre relicta, ab iis quæ dotata vxor affert: vel potius, his illa opponit, tãquam beatum

hominem reddentia, quum contrà horum nec tuta nec iucũda sit possessio: at Martialis inter ea quæ vitam beatiorem faciunt, numerauit rem non partam labore, sed relictam: vocans rem relictã quod Menander πατρῷα. Sed hîc paternis bonis opposuit ea quæ labore parta sunt, quòd multo plures habeant opes vel à patre relictas, vel labore partas, quàm ex dote vxoris prouenientes. Dixit autem & Horatius beatum illum qui *Paterna rura bobus exercet suis.*

Quod autem queritur de bonis quæ cum noua nupta domum intrant (ita enim eius verba interpretari libuit) tanquam possessori nullam delectationem afferentibus; idem & plerosque alios comicos queri videmus. Sed & huius ipsius alii plerique loci eandẽ querelam habent: ex quibus est ille suprà, pag. 140,

—αὶ δ' ἅπαξ λάβῃς, φέρειν
Μύσαντα πολλὴν προῖκα καὶ γυναῖκα δεῖ.

Vicissimque dicit alicubi,

Νύμφη δ' ἄπροικος οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.

Quòd si omissis Græcis comicis ad Latinos veniendum sit, ex his quoque eadem audiemus: præsertim verò ex Plauto, cuius hæc sunt verba in Asinaria,

Argentum accepi, dote imperium uendidi.

Ibidem,

Hæ sunt atque alia multa in magnis dotibus

Incommoditates, sumptúsque intolerabiles.

Nam quæ indotata est, ea est in potestate viri,

Dotatæ mactant & malo damno viros.

Vbi obserua, Nã *quæ indotata est, ea est in potestate viri*, respondere Græco illi senario, Γυνὴ δ' ἄπροικος οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.

His autem consentanea vel potius eadẽ cum his scribit & Plutarchus circa finem sui De educatione liberorum opusculi, quum patribus præcipit vt suos filios iungant matrimonio mulieribus quæ nec multo nobiliores, nec multò sint ditiores. quòd illarum mariti, non vxorum mariti sint, sed dotis serui. Eius verba sunt, οἱ γε μακρῷ κρείττους ἑαυτῶν λαμβάνοντες, οὐ τῶν γυναικῶν ἄνδρες, τῶν δὲ προικῶν δοῦλοι λανθάνουσι γενόμενοι.

Sed obseruandum est, Menandrum non dicere solùm, illorum bonorum possessionem non esse ἱλαρὰν, verumetiam non esse ἀσφαλῆ. in quo dicto cum ad alia respexisse videri potest, tũ ad πολυτέλειαν, quæ magnarum dotum

est comes. quod & Plautus in illis quos modò protuli versibus declarat. Hæc autem πολυτέλεια præterquam quòd facit vt χρημάτων κτῆσις non sit ἀσφαλὴς, obstat etiam ipsa quoque quominus sit ἱλαρά. Vnde & suprà habuimus ex isto poeta, Γυνὴ πολυτελὴς ἐστ' ὀχληρόν. &c. Solere porro dotem seu dotalem pecuniam citò absumi, declarauit idem in his versibus,

Ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖκ', ἵνα
Εἰ τἀργύριον καλὸν ἐστὶ δοκιμαστὴς ἴδῃ,
Ὃ πέντε μῆνας ἔνδον οὐ γενήσεται.

Quos versus vnà cũ aliis à me Latinè redditos habes suprà, pag. 134. & 135. Ex his porro apparet ἀσφαλῆ nihil aliud esse quàm βεβαίαν, adeo vt potuerim hîc ἀσφαλῆ κτῆσιν interpretari, Stabilem possessionem, seu firmam. sicut in quodam Antiphanis loco sum interpretatus suprà κτῆμα ἀσφαλὲς possessioně firmam. (vbi κτῆμα est possessio, id est quod possidetur: at hîc κτῆσις est possessio, id est, ipsa possidendi actio, vt ita dicam) Sic autem accipi ab Antiphane, cum ipsa loci sententia ostendit, tum vox βέβαιον, quam postea pro eodem ponit.

EX EODEM MEN.

Περὶ χρημάτων λαλεῖς, ἀβεβαίῳ
η.

πράγματος.

Εἰ μὲν γὰρ οἶσθα ταῦτα παρεχμενοαῦτά σοι

Ἅπαντα τὸν χρόνον, φύλαττε, μηδενὶ

Ἄλλῳ μεταδιδοὺς, αὐτὸς ἂν δὲ κύριος.

Εἰ μηδ' ἑαυτὸν, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις,

Τί ἂν φθονοίης, ὦ πάτερ, τούτων τινί;

Αὕτη γὰρ ἄλλῳ τυχὸν ἀναξίῳ τινὶ

Παρελομένη σοῦ πάντα προσθήσει πάλιν.

Διόπερ ἐγώ σέ φημι δεῖν ὃν σὺ χρόνο

Εἶ κύριος, χρῆσθαί σε γενναίως, πάτερ,

Αὐτὸν ἐπικουρεῖν πᾶσιν, εὐπόρους ποιεῖν

Ὡς ἂν δύνῃ πλείστους διὰ σαυτοῦ φίλους.

Τοῦτο γὰρ ἀθάνατον. κἄν ποτε πλαίσαις τύχης,

Ἐκεῖθεν ἔσται ταυτὸ τοῦτό σοι πάλιν.

INTERPR.

Tibi sermo de pecuniis, quę fluxa res.
Nam si manere posse perpetim scias,
Age, possìde illas sedulò reconditas:
Caue ne eas cum quopiam communices.
Sin verò earum sola sit sors arbitra,
Quidni libenter singulis impertias?
Nanque ipsa forsitan tibi ereptas opes

Donabit olim non merenti cuipiam.
Quantisper ergo poßides hęc, ô pater,
Converte in vsus nobiles, opem omnibus
Ferẽs, amicos atque ditans plurimos.
Nanque istud immortale: sique olim excidas,
Eadem tibi inde suppetent rursum omnia.

Martialis itidem testatur esse omnia ἀβίβαια præter illa quæ donantur amicis, postquã enumerauit aliquot ex iis periculis quibus obnoxia est pecunia, propter quæ nõ dubium est quin à Menandro vocata fuerit ἀβίβαιον χρῆμα. His enim versibus,

Callidus effracta nummos fur auferet arca,
Prosternet patrios impia flamma lares.
Debitor vsuram pariter sortémque negabit,
Non reddet sterilis semina iacta seges.
Dispensatorẽ fallax spoliabit amica,
Mercibus extructas obruet vnda rates,

subiũgit hosce duos, quibus ipsum epigramma claudit,

Extra fortunam est quicquid donatur amicis:
Quas dederis, solas semper habebis opes.

Possit autẽ videri Martialis in scri-

bendo epigrammate isto ad illos Menandri versus respexisse: sed quod duobus verbis Menander dixit, appellans pecunias, ἀβέβαιον χρῆμα, id multis declarat ille, pro exemplis nimirum huius ἀβεβαιότητος, enumerans (vt modò aiebam) aliquot ex iis quibus illa est obnoxia periculis. Opponit autem Martialis, Extra fortunam esse, ei quod dicit Menãder, τῆς τύχης εἶναι: vt videlicet sit extra fortunã, quod οὐκ ἔστι τῆς τύχης. Sed mendosus est ille Menandri versus, quem ita legendum censeo, Εἰ μηδὲν αὐτοῦ, τῆς τύχης δὲ πάντ' ἔχεις.

Extant verò & Xenophõtis pulcherrimi duo loci, de ditandis amicis: vbi quantus quámque pretiosus thesaurus sint amici quos ditauerimus, nobis considerandum relinquit. vnus est Pæd. lib.8, p.125 meæ editionis. Ibi enim (vt præcedentia omittam, vel potius tibi videnda relinquam) ita loquitur Cyrus, Ὁρᾷς ὦ Κροῖσε ὡς εἰσὶ καὶ ἐμοὶ θησαυροί. (nisi quis malit hæc interrogatiuè legere) ἀλλὰ σὺ μὲν κελεύεις με παρ' ἐμοὶ αὐτοὺς συλλέγοντα, φθονεῖσθαί τε δι' αὐτοὺς καὶ μισεῖσθαι, καὶ φύλακας αὐτοῖς ἐφιστάντα μισθοφόρους, τούτοις πιστεύειν. ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους, πλουσίους ποιῶν, τούτους μοι νομίζω θησαυροὺς καὶ φύλακας ἅμα ἐμοῦ τε καὶ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν

πιστοτέρους εἶναι, ἢ εἰ φρουροὺς μισθοφόρους ἐπεστησάμην. Et aliquanto pòst, ἐγὼ δὲ ὑπηρετῶ μὲν τοῖς θεοῖς, καὶ ὀρέγομαι ἀεὶ πλειόνων· ἐπειδὰν δὲ κτήσωμαι, ἃ ἂν ἴδω περιττὰ ὄντα τῶν ἐμοὶ ἀρκούντων, τούτοις τάς τε ἐνδείας τῶν φίλων ἐξακοῦμαι, καὶ πλουτίζων καὶ εὐεργετῶν ἀνθρώπους, εὔνοιαν ἐξ αὐτῶν κτῶμαι καὶ φιλίαν, καὶ ἐκ τούτων καρποῦμαι ἀσφάλειαν καὶ εὔκλειαν· ἃ οὔτε κατασήπεται, οὔτε ὑπερπληρούμενα λυμαίνεται. ἀλλὰ ἡ εὔκλεια &c. Id est, Vidén' Crœse mihi quoque thesauros esse? Tu verò mihi autor es vt eos apud me coacervans, eorũ causa in inuidia sim atq; odio, & custodum mercenariorum fidei illos committam. At ego amicos meos ditans, eos mihi céseo thesauros ac custodes & mei & meorum bonorum, quibus plus fidei habendum sit quàm si præsidiarios mercede cõductos illorum custodiæ præfecissem. Et aliquãto pòst, Ego verò colo quidẽ deos, pluráque in dies concupisco: sed quum ea sum adeptus, tum contentus iis quæ mihi satis esse possint, illis quæ supersunt penurias amicorum leuo, ac ditans beneficiísque prosequens homines, beneuoléтiam eorum amicitiámque mihi cõparo. Ex quib⁹ ii quos percipio fructus, sunt securitas & gloria, quæ neque marcescunt, neque

quum exuberant, noxam vllam afferunt. sed gloria &c. Alter autem locus est in fine Hieronis, seu Tyrannici, θησαυρούς γε μὴν ἔχοις πάντας τοὺς παρὰ τοῖς φίλοις πλούτους. ἀλλὰ θαρρῶν ὦ Ἱέρων πλούτιζε μὲν τοὺς φίλους, (σεαυτὸν γὰρ πλουτιεῖς) αὖξε δὲ τὴν πόλιν. σεαυτῷ γὰρ δυνάμιν περιάψεις. id est, Thesauri autem tibi fuerint, omnes omnium amicorum opes. Alacri igitur animo, Hiero, & dita amicos (teipsum enim ditabis) & amplifica ciuitatē. tibi enim potentiam ascisces.

EX EODEM MEN.

Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν,
Οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας,
Ἀποτυγχάνουσι πολλάκις νικώμενοι,
Τὰ δ' ἴδια προστιθέασι τοῖς ἀλλοτρίοις.

INTERPR.

Cupido habendi aliena, maximum malum:
Aliena nanque qui student asciscere,
Saepe excidentes spe sua, contrà bonis
Alius addunt ipsimet tandem sua.

Hoc nonnullis contigisse testatur etiam Xenophon: nec nulla

sunt & hodie huius rei exempla. Sed πλεονεξία nõ satis aptè hîc redditur Auaritia. nam licet alicubi generaliter auaritiam significet, multo commodius hoc accipi & pro cupiditate habendi ac sibi vsurpandi aliena, (de qua significatione in meo Thesauro linguæ Græcæ dixi) ostendit secundus versus, Οἱ γὰρ θέλοντες προσλαβεῖν τὰ τῶν πέλας.

EX EODEM MEN.

Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις
 κακῶν
Ὄντων, μέγιστόν ἐστιν ἡ λύπη κακόν.

INTERPR.

Obnoxij quum plurimis simus malis,
Est maius alio quolibet mœror malũ.

Nullum maius esse malum mœrore, testatur idem poeta hoc senario,

Οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις
 κακόν.

necnon hisce duobus,

Οὐκ ἔστι λύπης (ἀνάφορθῶς τις σκοπῇ)
Ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις
 φύσει.

Philemon verò dicit multo etiam esse satius pati morbũ quàm mœrorem, in hoc versu,

Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἢ λύπην φέρειν.

EX EODEM MEN.

Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὐτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

INTERPR.

Ad omne timidus est pauper negotiũ.
Nam se esse credit omnibus contemptui.

Ad priorem versum pertinet hoc Rhiani, quod de paupere dixit, Ἐῤῥιγὼς ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσι: ad posteriorem verò, istud Iuuenalis,

Nil habet infelix paupertas durius in se
Quàm quòd ridiculos homines facit.

EX EODEM MEN.

Τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει,
Πενία. τί γὰρ τοῦτ' ἐστιν, ὃ γένοιτ' ἂν εἷς
Φίλος βοηθήσας, ἰατρὸς ῥᾳδίως;

INTERPR.

Malum te egestas omniũ leuissimum
Contristat. etenim quantulum est istud malum
Cuius medela prompta amico sit tuo?

Opponi huic Menandri dicto possit hoc eiusdem, aut certè quod eidem adscribitur,

Οὐκ ἔστι πενίας οὐδὲ ἓν μεῖζον κακόν.
Sed & ei quod de amico dicit, refragatur quæ suprà ex eo retuli, pag. 124 & 125. Itidémque Martialis, quum scribit, *Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.* Verùm pro loco aliud & aliud eadé de re dicere solent poetæ, diuersum videlicet diuersæ personæ sermonem affingẽtes. Scimus autem vna eadémque de re posse etiá vnum eundémque diuersè differere, aliò videlicet atque aliò respicientem.

EX EODEM MEN.

—τρία γάρ ἐστι, δέσποτα,
Δι' ὧν ἅπαντα γίγνεται, ἢ κατὰ νόμους,
Ἢ τῆς ἀνάγκης, ἢ γε τρίτον ἔθει τινί.

INTERPR.

Ad res agendas his tribus compellimur,
Necessitate, lege, consuetudine.

Ad verbum, Tria sunt, ô here, per quæ omnia fiunt. Sed totam hanc sententiam in duos versus ita posse commodè conferri existimaui.

EX EODEM MEN.

Τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς

Χρεὶ ἐςὶν ἰατροῦ· τῷ δὲ τὴν ψυχὴν, φίλου.
Λύπην γὰρ εὔνους οἶδε θεραπεύειν λόγοι·

INTERPR.

Quærendus ægro medicus est vt corpori,
Sic est amicus mentis ægritudini.
Nam verba amica sunt medela commoda.

Sed pro φίλος in fine tertii versus lego λόγος, vt quædam exempl. habent. Quam lectionem confirmat & hic planè similis versus, vel potius idem, excepta voce vnica,
Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.

EX EODEM MEN.

Τῶν δυστυχούντων εὐγενὴς οὐδεὶς φίλος.
Τῶν εὐτυχούντων εἰσὶ πάντες συγγενεῖς.

INTERPR.

Est calamitosi amicus haud qui nobilis.
Felicis at contrà propinquus quilibet.

Priorem versum potuissem & ita reddere (& quidem minus durè fortasse) *Est calamitosi amicus nullus nobilis*, sed ab hac aliáque hu-

iusmodi interpretatione propter ambiguitatem abstinendũ censui. Nec quam δυστυχούντων ac ἀτυχούντων alliterationem habent, retinere necesse existimaui, præsertim quum alioqui periphrasi vtendum (vsurpando videlicet nomen fortunæ) & ex duobus versibus tres mihi faciendos esse viderem. Dixi autem de priori versu suprà etiam, agens de illa sententia, cuius initiũ,
--ἔργον ἀρεῖν συγγενῆ Πένητός ἐστιν.
Sed ibi pro συγγενὴς scripsi ἀτυχεῖς, vt quædam exemplaria habent. nec malè fortasse. Vide pag. 124, & 125, & 126,

EX EODEM MEN.

--ὑπερήφανον γένοιτ' ἡ λίαν τρυφή·
Ὅ,τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρότερον ἦν.

INTERPR.

Immodicus affert luxus arrogantiã,
Faciúntque opes vt dominus in mores nouos
Impingat, habeant qui simile nil pristinis.

Opes afferre superbiam testati sunt multi, quibus tamen tacentibus quotidiana nos experientia satis supérque docere id posset. Huc autem referendũ quidam putauerunt epithetum πλούτου, quod

apud Pindarum habetur, vbi μεγάνορα vocat.

EX EODEM MEN.

Χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν,
Ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν αὐτοὶ πεπραχότες.

INTERPR.

Est permolestū tale quid delinquere,
Vt nominare metuat & qui fecerit.

Possis etiam reddere, *Peracerba res est.* Videtur autem intelligere de delictis quæ huiusmodi sunt vt ea fateri pudeat, etiamsi alioqui certa impunitatis spes sit proposita.

EX EODEM MEN.

Ὦ τρισάθλιοι, τί πλέον ἔχουσ' ἡμῶν, βίον
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν οἱ τὰ φρούρια
Τηροῦντες, οἱ τὰς ἀκροπόλεις κατέχοντες,
Εἰ πάντας ὑπονοοῦσιν οὕτω ῥᾳδίως
Ἐγχειρίδιον ἔχοντας, αὐτοῖς προσιέναι·
Οἵαν δίκην διδόασιν.

INTERPR.

O ter quatérque miseri, habent quid amplius,
Quid amplius habent ceteris mortalibus,

Castella qui custodiunt, arces tenent,
Quàm sors eorum dura, si, quos viderint
Accedere ad se, suspicantur protinus
Esse hos latentes pugiones in sinu.
Quales luunt pœnas.

Non solùm de iis qui custodiendis castellis & arcibus præficiuntur, sed & de illis ipsis qui eos illis præficiunt, simúlque se illorum custodiæ committunt, intelligi versus isti possunt. Talia autẽ de metu quem tyrannis affert sua conscientia, legimus cùm alibi, tum apud Xenophontem in Hieróne.

EX EODEM MEN.

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
Τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω,
Οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
Ὕπνον καθεύδειν, ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα.
Νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
Ὑμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.

INTERPR.

Existimabam divites ô Phania,
Queis fœnerari non necesse, carpere
[illegible] *quietum, haud, clamitan-*

Versare se sursum & deorsum no-
ctibus,
Contingere sed hac pauperi tantum-
modo.
Nunc video vos quoque, qui beati
nomine,
Eadem solere facere quæ soliti su-
mus.

Hunc Menandri locum habes cum alibi tum apud Plutarchum in opusculo quod περὶ εὐθυμίας inscribitur, pag. 828 meæ editionis. τοὺς μὲν γὰρ (inquit) ἀφωρισμένους ἕνα βίον ἄλυπον νομίζοντας, ὡς ἔνιοι τὸν τῶν γεωργῶν, ἢ τὸν τῶν ἠϊθέων, ἢ τὸν τῶν βασιλέων, ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει, λέγων, Ὤιμην &c. Sed clauditur ibi hic locus in ὕπνον καθεύδειν: sic tamen vt ex veteri quodam exemplari addantur cætera. Sed Plutarchum ipsum ea minimè addidisse existimo, quũ hęc subiungat, quibus eorum argumentum complectitur: εἶτα προσελθὼν, ὡς καὶ τοὺς πλουσίους ἑώρα ταὐτὰ πάσχοντας τοῖς πένησιν, Ἆρ' ἐστὶ, φησὶ, συγγενές τι λύπη καὶ βίος; Ad hunc autem versum quod attinet cum suo loco habes, videlicet pagina 99, cum duobus qui eum proximè sequuntur, quos excepisse credibile est illum vltimum, Ὑμᾶς ὁρῶ τοιαῦτας ἡμῖν ἐμφερῆ. Planè autem

sunt & hodie huius rei exempla. Sed πλεονεξία nō satis aptè hîc redditur Auaritia. nam licet alicubi generaliter auaritiam significet, multo commodius hoc accipi & pro cupiditate habendi ac sibi vsurpandi aliena, (de qua significatione in meo Thesauro linguæ Græcæ dixi) ostendit secundus versus, Οἱ γὰρ θέλοντες περιλαβεῖν τὰ τῶν πέλας.

EX EODEM MEN.

Πολλῶν φύσει τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις κακῶν
Ὄντων, μέγιστόν ἐστιν ἡ λύπη κακόν.

INTERPR.

Obnoxij quam plurimis sumus malis,
Est maius alio quolibet mœror malū.

Nullum maius esse malum mœrore, testatur idem poeta hoc senario,
Οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν.
necnon hisce duobus,
Οὐκ ἔστι λύπης (ἂν ὀρθῶς τις σκοπῇ)
Ἄλγημα μεῖζον τῶν ἐν ἀνθρώποις φύσει.
Philemon verò dicit multo etiam esse satius pati morbū quàm mœrorem, in hoc versu,
Νόσον πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἢ λύπην φέρειν.

EX EODEM MEN.

Πρὸς ἅπαντα δειλὸς ὁ πένης ἐστὶ πράγματα,
Καὶ πάντας αὑτοῦ καταφρονεῖν ὑπολαμβάνει.

INTERPR.

Ad omne timidus est pauper negotiũ.
Nam se esse credit omnibus contempni.

Ad priorem versum pertinet hoc Rhiani, quod de paupere dixit, Ἐῤῥεγμὲς ὅδη τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι περίεισι: ad posteriorem verò, istud Iuuenalis,

Nil habet infelix paupertas durius in se
Quàm quòd ridiculos homines facit.

EX EODEM MEN.

Τὸ κουφότατόν σε τῶν κακῶν πάντων δάκνει,
Πενία. τί γάρ τοῦτ' ἐστιν, ὃ γένοιτ' ἂν εἷς
Φίλος βοηθήσας, ἰατρὸς ῥαδίως;

INTERPR.

Malum tè tzestás omniũ leuissimum
Contristat. etenim quantulum est istud malum
Cuius medela prompta amico sit tuo?

Opponi huic Menandri dicto possit hoc eiusdem, aut certè quod eidem adscribitur,

Οὐκ ἔςι πενίας ἐδὲ ἓν μεῖζον κακόν.
Sed & ei quod de amico dicit, refragatur quæ suprà ex eo retuli, pag. 124 & 125. Itidémque Martialis, quum scribit, *Dantur opes nullis nunc nisi diuitibus.* Verùm pro loco aliud & aliud eadē de re dicere solent poetæ, diuersum videlicet diuersæ personæ sermonem affingētes. Scimus autem vna eadémque de re posse etiā vnum eundémque diuersè differere, aliò videlicet atque aliò respicientem.

EX EODEM MEN.

—τρία γάρ ἐςι, δέσποτα,
Αἷ ὧν ἅπαντα γίγνεται, ἢ κατὰ νόμους,
Ἢ τῆς ἀνάγκης, ἢ γε τρίτον ἔθει τινί.

INTERPR.

Ad res agendas his tribus compellimur,
Necessitate, lege, consuetudine.

Ad verbum, Tria sunt, ô here, per quæ omnia fiunt. Sed totam hanc sententiam in duos versus ita posse commodè conferri existimaui.

EX EODEM MEN.

Τὸ μὲν τὸ σῶμα διατεθεμένῳ κακῶς

Χρεῖ' ἐστὶν ἰατροῦ· τῷ δὲ τὴν ψυχὴν,
φίλου.
Λύπην γὰρ εὔνους οἶδε θεραπεύειν λό-
γος·

INTERPR.

*Quærendus ægro medicus est vt cor-
pori,*
Sic est amicus mentis ægritudini.
*Nam verba amica sunt medela com-
moda.*

Sed pro φίλος in fine tertii versus lego λόγος, vt quædam exempl. habent. Quam lectionem confirmat & hic planè similis versus, vel potius idem, excepta voce vnica, Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.

EX EODEM MEN.

Τῶν δυστυχούντων εὐγενὴς οὐδεὶς
φίλος.
Τῶν εὐτυχούντων εἰσὶ πάντες συγ-
γενεῖς.

INTERPR.

*Est calamitosi amicus haud qui no-
bilis.*
*Felicis at contrà propinquus qui-
libet.*

Priorem versum potuissem & ita reddere (& quidem minus durè fortasse) *Est calamitosi amicus nul-lus, nobilis*, sed ab hac aliáque hu-

iusmodi interpretatione propter ambiguitatem abstinendũ censui. Nec quam δυστυχούντων ac ἀτυ-χούντων alliterationem habent, retinere necesse existimaui, præsertim quum alioqui periphrasi vtendum (vsurpando videlicet nomen fortunæ) & ex duobus versibus tres mihi faciendos esse viderem. Dixi autem de priori versu suprà etiam, agens de illa sententia, cuius initiũ,
--ἔργον δ' εὑρεῖν συγγενῆ πένητός ἐστιν.
Sed ibi pro δυσγενὴς scripsi ἀτυχὴς, vt quædam exemplaria habent. nec malè fortasse. Vide pag. 124, & 125, & 126,

EX EODEM MEN.

--ὑπερήφανον γίνεθ' ἡ λίαν τρυφή·
Ὅ,τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρότερον ἦν.

INTERPR.

Immodicus affert luxus arrogantiã,
Faciúntque opes vt dominus in mores nouos
Impingat, habeant qui simile nil pristinis.

Opes afferre superbiam testati sunt multi, quibus tamen tacentibus quotidiana nos experientia satis supérque docere id posset. Huc autem referendũ quidam putauerunt epithetum πλούτου, quod

apud Pindarum habetur, vbi με-γαίρεα vocat.

EX EODEM MEN.

Χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρ-τάνειν,
Ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν αὐτοὶ πεποιη-κότες.

INTERPR.

Est permolestũ tale quid delinquere,
Vt nominare metuat & qui fecerit.

Possis etiam reddere, *Peracerba res est.* Videtur autem intelligere de delictis quæ huiusmodi sunt vt ea fateri pudeat, etiamsi alioqui certa impunitatis spes sit proposita.

EX EODEM MEN.

Ὦ τρισάθλιοι, τί πλέον ἔχουσ' ἄλλων, ὧν
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν οἱ τὰ φρούρια
Τηροῦντες, οἱ τὰς ἀκροπόλεις καὶ τυ-ράννοι,
Εἰ πάντας ὑπονοοῦσιν οὕτω ῥᾳδίως
Ἐγχειρίδιον ἔχοντας, αὐτοῖς προσιέ-ναι·
Οἵαν δίκην διδόασιν.

INTERPR.

O ter quatérque miseri, habent quid amplius,
Quid amplius habent cæteris morta-libus,

Castella qui custodiunt, arces tenent,
Quàm sors eorum dura, si, quos viderint
Accedere ad se, suspicantur protinus
Esse his latentes pugiones in sinu.

Quales luunt pœnas.

Non solùm de iis qui custodiendis castellis & arcibus præficiuntur, sed & de illis ipsis qui eos illis præficiunt, simúlque se illorum custodiæ committunt, intelligi versus isti possunt. Talia autē de metu quem tyrannis affert sua conscientia, legimus cùm alibi, tum apud Xenophontem in Hierone.

EX EODEM MEN.

Ὤμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
Τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω,
Οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
Ὕπνον καθεύδειν· ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα.
Νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
Ὑμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.

INTERPR.

Existimabam divites ô Phania,
Queis fœnerari non necesse, carpere
Somnum quietum, haud, clamitantes Hei *mihi,*

Versare se sursum & deorsum noctibus,
Contingere sed hac pauperi tantummodo.
Nunc video vos quoque, qui beati nomine,
Eadem solere facere quæ soliti sumus.

Hunc Menandri locum habes cum alibi tum apud Plutarchum in opusculo quod περὶ εὐθυμίας inscribitur, pag. 828 meæ editionis. τοὺς μὲν γὰρ (inquit) ἀφωρισμένους ἕνα βίον ἄλυπον νομίζοντας, ὡς ἔνιοι τὸν τῶν γεωργῶν, ἢ τὸν τῶν ἠιθέων, ἢ τὸν τῶν βασιλέων, ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει, λέγων, Ὤιμην &c. Sed clauditur ibi hic locus in ὕπνον καθεύδειν: sic tamen vt ex veteri quodam exemplari addantur cætera. Sed Plutarchum ipsum ea minimè addidisse existimo, quũ hęc subiungat, quibus eorum argumentum complectitur: εἶτα παρελθὼν, ὡς καὶ τοὺς πλουσίους ἑώρα ταὐτὰ πάσχοντας τοῖς πένησιν, Ἆρ᾽ ἐστὶ, φησὶ, συγγενές τι λύπη καὶ βίος; Ad hunc autem versum quod attinet cum suo loco habes, videlicet pagina 99, cum duobus qui eum proximè sequuntur, quos excepisse credibile est illum vltimum, Ὑμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ. Planè autem

similem Philemonis locum habebis infrà, cuius primi duo versus sunt hi,

Νὴ Δία τὸν μέγιστον ὤμην Σωσία
Ἔγωγε πρότερον τοὺς πένητας ζῆν μόνους
Ὀδυνωμένους &c.

Huc autem pertinet & istud Menandri dictum suprà,

Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖς,
Τὰ δ᾽ ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι.

Cui planè similem sententiam habent quidam versus quibus dicitur eum existimari μακάριον in foro, at verò quum domus suæ fores aperuerit, τρισάθλιον. Sic verò & tyrannidis dicitur τὸ μὲν προσώπον ἡδὺ, τὰν δόμοισι δὲ, λυπηρὰ, vt dictum fuit suprà.

Sed quomodo dicit Menander in loco quem nunc tractamus, τοὺς μακαρίους καλουμένους ὑμᾶς, de diuitibus, quum antea versus eius habuerimus in quibus diues quidam dicit se diuitem quidem ab omnibus, at beatum à nemine appellari? Non dubium est quin in his verbis μακαρίους καλουμένους, ad vulgus respiciat: (vnde etiam εὐδαίμονας, quod alioqui synonymum est nomini μακάριοι, sæpe diuites etiam significat, sicut Latinè beati) at quũ inducit diuitem illum dicentem se à nemine beatũ vocari, intelligat,

à nemine qui illa τὰ ἔξωθεν, vulgi more, contemplari contentus sit, sed & τὰ ἔνδοθεν introspiciat.

EX EODEM MEN.

Ὡς κρεῖττόν ἐστι δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν
Ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον.

INTERPR.

Felicior herum nactus est qui commodum;
Quàm liber est qui, victitans durè tamen;

Vt sunt qui sortẽ aduersam melius ferunt quàm prosperam, sic etiam nonnulli melius se in seruitute gerunt, résque suas agunt quàm in libertate: adeo vt illis aptior sit seruitus quàm libertas. Tales autem erant Asiani, de quibus Agesilaum dicere solitũ legimus, apud Plutarchũ in Apophth. esse δούλους μὲν ἀγαθούς, ἐλευθέρους δὲ κακούς. Verùm hîc Menander non simpliciter seruitutem cum libertate, sed quoddã seruitutis genus cum quodam libertatis genere confert, & quidem talem seruitutem cum tali libertate, vt non aliquibus tantùm sed quibuslibet multo illa quàm hæc & aptior & optatior futura sit.

[illegible]

EX EODEM MEN.

Ὦ μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη,
Σόν ἐστ' ὄνειδος τοῦθ', ὅταν οὗτος ἀνὴρ
Δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασιν.

INTERPR.

Mutare quę res omnibus gaudes modis
Fortuna, crimen est tuum, quum cuipiam
Qui cultor æqui, sors iniqua obuenerit.

Multa huiusmodi fortunæ obiici scimus passim, & quidem ab illis potissimum qui versum illum laudant alioqui impium, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία. Cæterùm σόν ἐστ' ὄνειδος (quod ad verbum sonat, Tuum est opprobrium seu dedecus) libuit interpretari, Crimen est tuum, ex Nasone. cui familiare est hoc loquendi genus, vt *Vestrũ crimen erit talis iactura puellæ*. Et, *Non tibi crimen ero*. Item, *Quo vereare minus ne sim tibi crimen amicus*. Item, *Longum tibi Dædale crimen*. Item, *Ne sim Leucadię mortua crimen aquæ*. Sed & peculiariter fortunæ tribuitur crimen, & quidem non solùm ab eo, sed & à Fabio. ita enim ille, *At bene si qua-*

ras fortunæ crimen in illo, Non ſcelus inuenies. Fabius auté, Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus. Cæterùm pro οὗτος, reponendum τὶς ὢν ſuſpicor, vt ſtet verſus.

EX EODEM MEN.

Ω μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη,
Σόν ἐς᾽ ὄνειδος τοῦθ᾽, ὅταν ἔτος ἀνὴρ
Δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασιν.

INTERPR.

Mutare quę res omnibus gaudes modis
Fortuna, crimen est tuum, quum cuipiam
Qui cultor æqui, sors iniqua obuenerit.

Multa huiusmodi fortunæ obiicifcimus passim, & quidem ab illis potissimum qui versum illum laudant alioqui impium, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία. Cæterùm σόν ἐς᾽ ὄνειδος (quod ad verbum sonat, Tuum est opprobrium seu dedecus) libuit interpretari Crimen est tuum, ex Nasone. cui familiare est hoc loquendi genus, vt *Vestrũ crimen erit talis iactura puellæ*. Et, *Non tibi crimen ero*. Item, *Quo vereare minus ne sim tibi crimen amicus*. Item, *Longum tibi Dædale crimen*. Item, *Ne sim Leucadię mortua crimen aquæ*. Sed & peculiariter fortunæ tribuitur crimen, & quidem non solùm ab eo, sed & à Fabio. ita enim ille, *At bene si qua-*

ras fortunæ crimen in illo, Non scelus inuenies. Fabius auté, Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus. Cæterùm pro οὗτος, reponendum τὶς ὢν suspicor, vt stet versus.

HENRICI ST

in Menandri Gn

sententias quæ

χοι vocantu

PROLEGOME

QVÆ vulgo Menan
μονόστιχοι appellantur, c
dis ψευδεπίγραφοί sunt:
que Menandri sint omne
νόστιχοι. Quem errorem in
eo magis miror quòd in p
exéplaribus perhibeatur ess
vera esse comperiuntur) δια
ποιητῶν, id est variorũ poeta
Vnde autem ortus ille sit erro
ex eius qui eas collegit nomine
nomen autoris earum transeun
an ex crebris Menandri senten
æ hic sparsim leguntur, (quo
itum partis libri nomen to
um sit) an quidpiam aliu
illi præbuerit, aliis quærend
nquo. Ideo certè hac de
re necesse existimaui
udepigrapho titulo pa
Parisiensis editio feo-
nicorum veterum.
tenent locum quæ
Menandri supersunt.
phabetica series in-
ονόστιχους illas sen-
autem non paucis

exemplis vtrunque eorum quæ dixi cōfirmare possim, aduersus pertinaces inueteratı erroris defensores, (si qui futuri sunt) paucis contentus, ab vno loco incipiam, in quo peccatum vtroque modo esse, docebo. Is est titulo εἰς δίκαιον: vbi secundus versus est,

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν.

Tertius autem,

Ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, οὐ βούλεται.

Vbi duo isti versus ponuntur tanquam Menandri, (sicut & cæteri) & tanquam duas μονοστίχους γνώμας efficientes, quum contrà Menandri non sint illi, sed Philemonis, nec duas diuersas sententias efficiant, sed vna eadémque non solùm posteriore illo versu cōtineatur, verumetiam sex alıis, quos in hoc libello, quum ad Philemonem ventum fuerit, suo loco exhibebo. Itidem verò hic, Γαστρὸς δ᾽ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν, Chareti adscribitur.

Non solùm auté aliorum comicorū, sed & tragicorū versus istis permixti sūt, vt titulo εἰς παῖδας, hūc,

Στύλος γὰρ οἴκου παῖδές εἰσιν ἄρρενες,

Euripidıs esse constat, sumptum ex Iphigenia in Tauris, vbi est versus 57. sed pro οἴκου ibi legitur οἴκων.

Itidem verò habet hunc,

Γνῶμαι δ᾽ ἀμείνους εἰσὶ τῶν γεραιτέρων,

iusmodi interpretatione propter ambiguitatem abstinendũ censui. Nec quam δυστυχούντων ac ἀτυχούντων alliterationem habent, retinere necesse existimaui, præsertim quum alioqui periphrasi vtendum (vsurpando videlicet nomen fortuna) & ex duobus versibus tres mihi faciendos esse viderem. Dixi autem de priori versu suprà etiam, agens de illa sententia, cuius initiũ,
--ἔργον δ' εὑρεῖν συγγενῆ Πένητός ἐστιν.
Sed ibi pro δυσγενὴς scripsi ἀτυχὴς, vt quædam exemplaria habent. nec malè fortasse. Vide pag. 124, & 125, & 126,

EX EODEM MEN.

--ὑπερήφανον γίνεθ' ἡ λίαν τρυφή·
Ὅ,τε πλοῦτος ἐξώκειλε τὸν κεκτημένον
Εἰς ἕτερον ἦθος, οὐκ ἐν ᾧ τὸ πρόσθεν ἦν.

INTERPR.

Immodicus affert luxus arrogantiã,
Faciuntque opes vt dominus in mores nouos
Impingat, habeant qui simile nil pristinis.

Opes afferre superbiam testati sunt multi, quibus tamen tacentibus quotidiana nos experientia satis supérque docere id posset. Huc autem referendũ quidam putauerunt epithetum πλούτου, quod

apud Pindarum habetur, vbi μεγάνορα vocat.

EX EODEM MEN.

Χαλεπόν γε τοιαῦτ' ἐστὶν ἐξαμαρτάνειν,
Ἃ καὶ λέγειν ὀκνοῦμεν αὐτοὶ πεπραχότες.

INTERPR.

Est permolestũ tale quid delinquere,
Vt nominare metuat & qui fecerit.

Possis etiam reddere, *Peracerba res est.* Videtur autem intelligere de delictis quæ huiusmodi sunt vt ea fateri pudeat, etiamsi alioqui certa impunitatis spes sit proposita.

EX EODEM MEN.

Ὦ τρισάθλιοι, τί πλέον ἔχουσ' ἄλλων, [illegible]ων
Ὡς οἰκτρὸν ἐξαντλοῦσιν οἱ τὰ φρούρια
Τηροῦντες, οἱ τὰς ἀκροπόλεις καὶ τυραννίας,
Εἰ πάντας ὑπονοοῦσιν οὕτω ῥᾳδίως
Ἐγχειρίδιον ἔχοντας αὐτοῖς προσιέναι·
Οἵαν δίκην διδόασιν.

INTERPR.

O ter quatérque miseri, habent quid amplius,
Quid amplius habent cæteris mortalibus,

Castella qui custodiunt, arces tenent,
Quàm sors eorum dura, si, quos viderint
Accedere ad se, suspicantur protinus
Esse his latentes pugiones in sinu.
Quales luunt pœnas.

Non solùm de iis qui custodiendis castellis & arcibus præficiuntur, sed & de illis ipsis qui eos illis præficiunt, simúlque se illorum custodiæ committunt, intelligi versus isti possunt. Talia autẽ de metu quem tyrannis affert sua conscientia, legimus cùm alibi, tum apud Xenophontem in Hieróne.

EX EODEM MEN.

Ὤιμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, οὐ στένειν
Τὰς νύκτας, οὐδὲ στρεφομένους ἄνω κάτω,
Οἴμοι λέγειν, ἡδὺν δὲ καὶ πρᾶόν τινα
Ὕπνον καθεύδειν· ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινα.
Νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
Ὑμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.

INTERPR.

Existimabam diuites ô Phania,
Queis fœnerari non necesse, carpere
Somnum quietum, haud, clamitantes Hei mihi,

*Versare se sursum & deorsum no-
ctibus,*
Contingere sed hæc pauperi tantummodo.
Nunc video vos quoque, qui beati nomine,
Eadem solere facere quæ soliti sumus.

Hunc Menandri locum habes cum alibi tum apud Plutarchum in opusculo quod περὶ ἀθυμίας inscribitur, pag.828 meæ editionis. τοὺς μὲν γὰρ (inquit) ἀφωρισμένους εἶναι βίον ἄλυπον νομίζοντας, ὡς ἔνιοι τὸν τῶν γεωργῶν, ἢ τὸν τῶν ἠιθέων, ἢ τὸν τῶν βασιλέων, ἱκανῶς ὁ Μένανδρος ὑπομιμνήσκει, λέγων, Ὤιμην &c. Sed clauditur ibi hic locus in ὕπνον καθεύδειν: sic tamen vt ex veteri quodam exemplari addantur cætera. Sed Plutarchum ipsum ea minimè addidisse existimo, quũ hęc subiungat, quibus eorum argumentum complectitur: εἶτα παραλαβὼν, ὡς καὶ τοὺς πλουσίους ἑώρα ταὐτὰ πάσχοντας τοῖς πένησιν, Ἆρ᾽ οὖν, φησὶ, συγγενές τι λύπη καὶ βίος; Ad hunc autem versum quod attinet cum suo loco habes, videlicet pagina 99. cum duobus qui eum proximè sequuntur, quos excepisse credibile est illum vltimum, Ὑμᾶς ὁρῶ ποιοῦντας ἡμῖν ἔμφερῆ. Planè autem

m. i.

similem Philemonis locum habebis infrà, cuius primi duo versus sunt hi,

Νὴ Δία τὸν μέγιστον ὑμῶν Ἰωνία
Ἔγωγε πρόσπερον τοὺς πένητας ζῆν μόνους
Ὀδυνωμένους &c.

Huc autem pertinet & istud Menandri dictum suprà,

Ἔξωθέν εἰσιν οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖς,
Τὰ δ' ἔνδον εἰσὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἴσοι.

Cui planè similem sententiam habent quidam versus quibus dicitur eum existimari μακάριον in foro, at verò quum domûs suæ fores aperuerit, τρισάθλιον. Sic verò & tyrannidis dicitur τὸ μὲν προσωπεῖον ἡδὺ, τὰ δόμοισι δὲ, λυπηρὰ, vt dictum fuit suprà.

Sed quomodo dicit Menander in loco quem nunc tractamus, τοὺς μακαρίους καλουμένους ὑμᾶς, de diuitibus, quum antea versus eius habuerimus in quibus diues quidam dicit se diuitem quidem ab omnibus, at beatum à nemine appellari? Non dubium est quin in his verbis μακαρίους καλουμένους, ad vulgus respiciat: (vnde etiam εὐδαίμονες, quod alioqui synonymum est nomini μακάριοι, sæpe diuites etiam significat, sicut Latinè beati) at quũ inducit diuitem illum dicentem se à nemine beatũ vocari, intelligat,

à nemine qui illa τὰ ἔξωθεν, vulgi more, contemplari contentus sit, sed & τὰ ἔνδοθεν introspiciat.

EX EODEM MEN.

Ὡς κρεῖττόν ἐστι δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν
Ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον.

INTERPR.

Felicior herum nactus est qui commodum;
Quàm liber est qui, victitans durè tamen!

Vt sunt qui fortè aduersam melius ferunt quàm prosperam, sic etiam nonnulli melius se in seruitute gerunt, résque suas agunt quàm in libertate: adeo vt illis aptior sit seruitus quàm libertas. Tales autem erant Asiani, de quibus Agesilaum dicere solitũ legimus, apud Plutarchũ in Apophth. esse δούλους μὲν ἀγαθοὺς, ἐλευθέρους δὲ κακούς. Verùm hîc Menander non simpliciter seruitutem cum libertate, sed quoddã seruitutis genus cum quodam libertatis genere confert, & quidem talem seruitutem cum tali libertate, vt non aliquibus tantùm sed quibuslibet multo illa quàm haec & aptior & optatior futura sit.

EX EODEM MEN.

Ω μεταβολαῖς χαίρουσα παντοίαις τύχη,
Σόν ἐςʼ ὄνειδος τοῦθʼ, ὅταν οὗτος ἀνὴρ
Δίκαιος ἀδίκοις περιπέσῃ συμπτώμασιν.

INTERPR.

Mutare quę res omnibus gaudes modis
Fortuna, crimen est tuum; quum cuipiam
Qui cultor æqui, sors iniqua obuenerit.

Multa huiusmodi fortunæ obiici scimus passim, & quidem ab illis potissimum qui versum illum laudant alioqui impium, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματʼ, οὐκ εὐβουλία. Cæterùm σόν ἐςʼ ὄνειδος (quod ad verbum sonat, Tuum est opprobrium seu dedecus) libuit interpretari Crimen est tuum, ex Nasone. cui familiare est hoc loquendi genus, vt *Vestrũ crimen erit talis iactura puellæ*. Et, *Non tibi crimen ero*. Item, *Quo vereare minus ne sim tibi crimen amicus*. Item, *Longum tibi Dædale crimen*. Item, *Ne sim Leucadię mortua crimen aqua*. Sed & peculiariter fortunæ tribuitur crimen, & quidem non solùm ab eo, sed & à Fabio. ita enim ille, *At bene si qua-*

ras fortunæ crimen in illo, Non scelus inuenies. Fabius auté, Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus. Cæterùm pro οὗτος, reponendum τὶς ὢν suspicor, vt stet versus.



HENRICI STEPHANI in Menandri Gnomas seu sententias quæ μονόστιχοι vocantur,

PROLEGOMENA.

QVÆ vulgo Menandri gnomæ μονόστιχοι appellantur, duobus modis ψευδεπίγραφοί sunt: quum neque Menandri sint omnes, nec μονόστιχοι. Quem errorem inualuisse, eo magis miror quòd in plerisque exéplaribus perhibeatur esse (vt re vera esse compeniuntur) διαφόρων ποιητῶν, id est variorũ poetarum. Vnde autem ortus ille sit error, an ex eius qui eas collegit nomine, in nomen autoris earum transeunte, an ex crebris Menandri sententiis quæ hîc sparsim leguntur, (quòd nimirum partis libri nomen toti tributum sit) an quidpiam aliud ansam illi præbuerit, aliis quærendum relinquo. Ideo certè hac de re admonere necesse existimaui, quòd illi pseudepigrapho titulo patrocinetur & Parisiensis editio sententiarum comicorum veterum. ibi enim primũ tenent locum quæ ex comœdiis Menandri supersunt. Vbi vtraque alphabetica series inspersas habet μονοστίχους illas sententias. Quum autem non paucis

exemplis vtrunque eorum quæ dixi cōfirmare possim, aduersus pertinaces inueterati erroris defensores, (si qui futuri sunt) paucis contentus, ab vno loco incipiam, in quo peccatum vtroque modo esse, docebo. Is est titulo εἰς δίκαιον: vbi secundus versus est,

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν.

Tertius autem,

Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, οὐ βούλεται.

Vbi duo isti versus ponuntur tanquam Menandri, (sicut & cæteri) & tanquam duas μονοστίχους γνώμας efficientes, quum contrà Menandri non sint illi, sed Philemonis, nec duas diuersas sententias efficiant, sed vna eadémque non solùm posteriore illo versu cōtineatur, verumetiam sex aliis, quos in hoc libello, quum ad Philemonem ventum fuerit, suo loco exhibebo. Itidem verò hic, Γαστρὸς δὲ πειρῶ πανταχοῦ ἡνίαν κρατεῖν, Chareti adscribitur.

Non solùm autē aliorum comicorū, sed & tragicorū versus istis permixti sūt, vt titulo εἰς παῖδας, hūc,

Στύλος γὰρ οἴκου παῖδές εἰσιν ἄρρενες,

Euripidis esse constat, sumptum ex Iphigenia in Tauris, vbi est versus 57. sed pro οἴκου ibi legitur οἴκων.

Itidem verò habet hunc,

Γνῶμαι δὲ ἀμείνους εἰσὶ τῶν γραπτῶν ἔπι,

Euripides in Menalippe, nisi quòd pro ἀμείνους εἰσὶ ibi habetur κρά-τος ἔχουσι. ita enim ibi legitur hic versus vnà cum præcedente,

Παλαιὸς αἶνος, ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ᾽ ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κρά-
τος.

Sed vt hūc omittam versum, (quia dixerit forsitan aliquis aut à Menandro aut ab alio comico ex Euripide, mutatis hisce paucis, esse sumptum) quid ille,

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμο-
νεῖ,

nónne Euripidis est? apud quem hi sequuntur,

Ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς οὐκ ἔχει βίον,
Ἢ δυσγενὴς ὢν πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.

Qui tres versus à Gregorio proferuntur in opusculo quodam poetico quod inscribitur περὶ ταπεινοφροσύνης, σωφροσύνης, καὶ ἐγκρατείας: sed autorem non nominat. At verò apud Aristophané in Ranis ipsemet Euripides inducitur inter alios suos versus proferens hosce, Οὐκ ἔστιν &c. vsque ad Ἢ δυσγενὴς ὤν. vbi admonet scholiastes reliquam iambi partem esse, πλουσίαν ἀροῖ πλάκα: & sumptos esse hos versus ex initio Sthenebœæ. Iam verò & Nicostratus comicus primum illum versum Euripidi tribuit. nam ille postquam dixit,

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ,

subiungit,

Νῦν τὴν Ἀθηνᾶν συντόμως γε φίλτατε
Εὐριπίδη τὸν βίον ἔθηκας εἰς στίχον.

Hæc autem eo diligentius annoto, quod videã cum ab Erasmo, tum etiam aliis versum hunc tanquam prouerbialem,& qui alioqui incerti sit autoris,proferri,ex illis videlicet collectaneis sumptum.Sic certè & alii multi inde sumpti, tãquam ἀδέσποτοι circumferũtur, quorum δεσπότας inuenire facillimum est.

Quod autem in his sententiis accidit quæ sunt μονόστιχοι, id est singulæ singulis comprehenduntur versibus, idem & in aliis accidisse sciendum est: nimirum vt multæ,tragicorum etiam,Menandro adscriptæ sint:ideóque præter-missas à me esse illas, nemini mirum videri debet.

Venio ad alterũ illum errorem, cuius vnum iam exemplum protuli:eum videlicet quo ex vna sententia quæ δίστιχος erat, factæ fuerũt duæ,quarum vtraque esset μονόστιχος. Aliud igitur exemplum habeo dico in titulo εἰς βουλήν. ibi enim legitur,

Βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.
Βουλὴν δὲ παντὸς πράγματος προ-
λάμβανε,

tanquã duæ sint sententiæ, quum vnica sit, sed ita vt præcedere debeat qui sequitur vers⁹:hocmodo,

Βουλὴν δὲ παντὸς πράγματος προλάμβανε.
Βουλῆς γὰρ ὀρθῆς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.

quos etiam habes suprà ita positos pag. 101. in quorum tamen interpretatione hanc lectionem sequutus non sum, (in posteriori versu videlicet) sed aliam, quæ δεῖν habet pro ὀρθῆς. quod tamen alioqui magis mihi placet. Possit autẽ, hanc sequẽdo, ita reddi hic versus, paucis mutatis,

Consilio aliud haud tutius quicquam bono.

In eodem titulo habentur isti versus;

Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν.
Σοφὴ σοφοῦ γὰρ γίγνεται συμβουλία.

Quos itidem puto cohærere, non autem duas sentẽtias efficere, quarum vtraque sit μονόστιχος. Idem vero & de his dici posse existimo, titulo εἰς ἀρετὴν,

Καλὸν φύουσι καρπὸν οἱ σεμνοὶ τρόποι.
Καρπὸς δ' ἀγαθὸς ἐστιν ἄμεμπτος βίος.

Sunt autem & alia de quibus lectorem admonere, officii mei existimaui: nimirum de delectu quo in his versibus vsus sum, seu potius de cautione quam in iis colligendis adhibui. PRIMVM est, versum eum qui iam à me positus fuerat antea cum aliis, prætermissum

hic fuisse. Exempli gratia, hunc Ἄρ' ἐστὶ συγγενές τι λύπη καὶ βίος; hic omisi, quum antea iam posuissem cum aliis versibus qui eum sequūtur: vt videbis pag. 99. Itidem hūc, Οὐδεὶς ἀπεράστων βίοτον ἠρέσθη βροτῶν, repetendum non censui, positum suprà vnà cum aliis, quorum primus est, Ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ, vt videbis pag. 128. SECVNDVM est, omisisse eos omnes quos tragicos esse, id est quos me apud tragicum quempiam legisse, aut ex quopiam tragico citatos inuenisse recordatus sum. non dubito autem quin nonnulli memoriam meam subterfugerint. TERTIVM, in quibusdā titulis addidisse aliquos, qui ad eos pertinebant, versus: ex quibus est statim in initio titulus εἰς ἀλήθειαν. QVARTVM, ex vno titulo in alium quosdam transtulisse, vtpote ad quem pertinere potius videbantur. QVINTVM, prætermisisse eum cui ambigua vocabuli alicuius significatio gratiam affert, quum Latina lingua tali vocabulo destituatur, vel in quo circa verba est aliud quidpiā Græcę linguæ proprium. (cuiusmodi est hic, Βίος βίου δεόμενος οὐκ ἔστιν βίος. nam licet vita pro victu in nōnullis loquendi generibus ponatur, nō video tamen quomodo dici possit

Vita quæ indiget vita, pro Quæ indiget victu. Cui adde istum, Βίος κέκληται δ᾽ ὃς βίᾳ πορίζεται) Item eos, qui imperfectam sententiam relinquebant, (vt Ἅπαντ᾽ ἀφανίζει γῆρας, ἰσχὺν σώματος) Necnon quibus similem prorsus sententiam habebant alii, iíque longè concinniores, (vt Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς, vel Θεοὶ δὲ δ᾽ ἄπειροι φρονοῦσιν οἱ γονεῖς, longè concinnius & significãtius etiam dicitur, meo quidem iudicio, quàm Νόμιζε σαυτοῦ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς) Eos denique qui sententjam aliquam continebant ita impiam vt ethnico etiam indigna videri posset, (de iis enim in præsentia non ago qui dictum aliquod habent, in Christiani hominis ore, ex suo sensu loquentis, planè futurum sordidum: quorum numerum fateor esse maximum) qualis est, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία. Sed & aliquot qui muliebrem sexum non tam vituperant iocosè, quàm infamant impiè, idest ἀσεβῶς, (ne dicã ἀθέως) omisisse. Scio tamen & ex iis quos excerpsi, aliquos in hũc numerũ referri posse: sed si quæ de genere muliebri in vniuersum pronunciata sunt, ad peruersas restringantur, & crimen aliquarum, aut multarũ etiã, in omnes nõ diffũdatur, venia & illis versibus tribui poterit) Præ-

termisisse denique qui futiles & ve terum comicorũ nomine prorsus indigni videbantur. SEXTVM, Non sequutum esse ordinem alphabeticum in versibus ad eundem titulum pertinentibus, sed potius, quo maior erat inter sententias aliquorum vicinitas, eo viciniores illis sedes dedisse.

Vide in calce harum μονοςί-χων sententiarum, & alia quædam de iisdem.



ALIÆ GNOMÆ, SEV SENTENTIAE, μονόστιχοι, (id est, singulæ singulis versibus cõprehensæ) quæ magna ex parte sunt Menandri.

ΕἸΣ ἈΓΑΘΟΥ͂Σ ἌΝΔΡΑΣ.

DE BONIS VIRIS.

Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτε.
Non odit vnquam vir probus virum probum.

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίγνεται.
Proba illius sunt facta cuius mens est proba.

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεός.
Bono viro etenim dat Deus quæ sunt bona.

Ζήλου τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα καὶ τὸν σώφρονα.
Probi viri esto temperãtisque æmulus.



ΕΙ'Σ ἈΛΗ'ΛΕΙΑΝ.

DE VERITATE.

Ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.
At veritatē tempus in lucemextrahit.

ἔρχεται
Τἀληθὲς εἰς φῶς ἐνίοτ' οὐ ζητούμενον.
Aliquando nō quęsita prodit veritas,

Ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει.
Inesse linguę veritas lapsa solet.

Ἐλευθέρου τὸ ἀνδρὸς τἀληθῆ λέγειν.
Quae vera sunt loqui virum ingenuū docet.



ΕἸΣ ἉΜΑΡΤΊΑΝ.

DE PECCATO.

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Peccare idem bis, haud viri sapientis est.



Ἁμαρτάνει δὲ καὶ ἀνὴρ σοφώτερος.

Aliquando peccat vir etiam sapientior.




Ὁ μηδὲν εἰδὼς, οὐδὲν ἐξαμαρτάνει.

Quicunque nil scit, ille vir peccat nihil.



Αἰσχρὸν δὲ μηδὲν πράττε, μηδὲ μάνθανε.

Nil facito discito ve turpe quod siet.



Ἔργων πονηρῶν χεῖρ' ἐλευθέραν ἔχε.

Noli occupare in improbis factis manum.

ΕἸΣ



ΕἸΣ ἈΝΆΓΚΗΝ.
DE NECESSITATE.

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται ταχύ.
Sibi cuncta subigit protinus necessitas.

Ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.
Ad multa cogit nos necessitas mala.



ΕΙΣ ΑΡΕΤΗΝ.
DE VIRTVTE.

Ὅπλον μέγιστόν ἐστιν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς.
Virtus hominibus arma præstantißima.

Ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστ' ἀεί.
Est maximum semper bonum prudentia.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μόνη.
Est temperantia sola, virtutis penus.

Ἃ μὴ προσήκει, μήτ' ἄκουε, μήθ' ὅρα.
Neque videas, neque audias quæ non decet.

Βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.
Deterior animi morbus est quàm corporis.



ΕΙΣ ἈΧΑΡΙΣΤΙΑΝ.

DE INGRATI ANIMI VITIO.

Μετὰ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκει
χάρις.

Post munera citò consenescit gratia.

Ἐπιλανθάνονται πάντες οἱ παθόν-
τες εὖ.

*Beneficij memor esse non quisquam
solet.*

Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπι-
λάθου.

Accepta memineris, data obliniscere.

Qui autem proximè sequuntur versus, non satis aptè ad titulum illum relati fuerunt.

Καλὸν ἐστὶ θησαύρισμα κειμένη χάρις.

Thesaurus est pulcher, locata gratia.

Χάριτας δικαίας καὶ δίδου καὶ λάμβανε.


*Iusta beneficia confert, & iusta ac-
cipe.*



ΕΙ'Σ ΒΑΣΙΛΕΆ.

DE REGE.

Εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ.
Animata imago rex putandus est Dei.



Ἀρχῆς τετευχὼς, ἴσθι ταύτης ἄξιος.
Imperium adeptus, dignum ea te praebeas.



ΕΙ'Σ ΒΙ'ΟΝ.

DE VITA.

Οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν οὐδενί.
Est vita vacua nemini molestiis.

Τὸ ζῆν ἀλύπως, ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς.
Cui vita vacua molestiis, beatus est.

Ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν οὐκ ἔνεστ' εὐσχημονεῖν.
Qui negligit vitam, haud honestè vixerit.

Βιοῖ μὲν οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βίον.
Haud vivit vllus quod genus vitæ cupit.

Βίος ἐστὶν ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν.
Est vita demum quàm lubens viuit aliquis.



ΕΙΣ ΒΟΥΛΗΝ.

DE CONSILIO.

Ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ βέχων.
Perdere vir inconsultus operam omnem solet.

Ἀβουλία γὰρ πολλὰ βλάπτονται βροτοί.
Damna hominibus dat plurima imprudentia.

Ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται.
A nocte sapiens capere consilium solet.



ΕΙΣ ΓΑΜΟΝ.

DE NVPTIIS.

Γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν.

Optabile malum nuptiæ mortalibus.

Γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.

Ad pœnitentiam it, parat qui nuptias.

Ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου.

Quæ vita cælebs, ea molestijs caret.

Νόμιζε γήμας, δοῦλος εἶναι τοῦ βίου.

Vxore ducta credito seruum eße te.

Ὦ τρισκακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ.

Qui pauper uxorem accipit, miserrimus.

Δαίμων σεαυτοῦ πλουσίαν γήμας ἔσῃ.

Eris tibi deus, diuitem si duxeris.

Ἦθος προκρίνειν χρημάτων γαμοῦντα δεῖ.

Mores futuræ uxoris antefer opibus.



ΕΙΣ ΓΗ͂ΡΑΣ.

DE SENECTVTE.

Χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστιν ἀνθρώποις βάρος.

Durum senectus est onus mortalibus.

Φοβοῦ τὸ γῆρας· οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον·

Metue senectã: sola nanque non uenit.

Ἥξει τὸ γῆρας πᾶσαν αἰτίαν φέρον.

Veniet senectus cũ querela qualibet.

Πολιαὶ χρόνου μηνυταὶ, οὐ φρονήσεως.


Cani indices ætatis, haud prudentiæ.

Ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀεὶ κατατίθου.


Tuam in senectam condito viaticum.

Καλὸν τὸ γηρᾶν καὶ τὸ μὴ γηρᾶν πάλιν.

Senem esse pulchrum est, pulchrum & esse non senem.



Ὀχληρὸς ἀνὴρ ὅστιν ἐν νέοις γέρων.
Iuuenũ odioſus uir ſenex in cœtibus,



Γέρων ἐραστὴς ἐσχάτη κακὴ τύχη.
Senex amore captus, ultimum ma-
lum.



ΕΙΣ ΓΟΝΕΙΣ.

DE PARENTIBVS.

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.

Tibi sunt parentes primo honorandi loco.

Ἔλπιζε, τιμῶν τοὺς γονεῖς, πράξειν καλῶς.

Colens parentes læta speres omnia.

Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Alas parentes si senes, uiues diu.

Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.

Dii maximi, parẽtes sunt mortalibus.

Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.

Boni parentis ira nulla in filium.



ΕἸΣ ΓΥΝΑῖΚΑ.

DE MVLIERE.

Γυνὴ γὰρ οἴκῳ πῆμα καὶ σωτηρία.
Salus & exitium mulier est ędibus.

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐστι σώζειν οἰκίαν.
Quęcunque mulier est proba, hęc seruat domum.

Γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδάλιόν ἐστ' οἰκίας.
Est quę proba uxor, est gubernaculum domus.

Γυναικὶ πάσῃ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Decus mulieri cuilibet silentium.

Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, καὶ χρυσία.
Mores mulierem non monilia decorant.

Καλὸν γυναικὸς εἰσορᾶν καλοὺς τρόπους.
Res pulchra, morum pulchritudo fęminę.

Γυναικὶ δ' ἀρχὴν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις.
Natura nõ vult imperare fœminam.

Γυνὴ τὸ σύνολόν ἐστι δαπανηρὸν φύσει.
Natura fecit ſumptuoſas fœminas.

Γυνὴ γὰρ οὐδὲν οἶδε πλὴν ὃ βούλεται.
Scit mulier illa ſola ſcire quæ libet.

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.
Haud facile coniugẽ nanciſcier bonã.

Θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνή, κακὰ τρία.
Tria ſunt mala, æquor, ignis, atque fœmina.

Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.
Penus omnium malorum mulier improba.

Ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδος κακὴ γυνή.
Eſt mulier improba aſpidis virus malum.



ΕἸΣ ΒΑΣΙΛΕ΄Α.

DE REGE.

Εἰκὼν δὲ βασιλεύς ἐστιν ἔμψυχος θεοῦ.

Animata imago rex putandus est Dei.



Ἀρχῆς τετυχὼς, ἴσθι ταύτης ἄξιος.

Imperium adeptus, dignum eo te praebeas.



ΕἸΣ ΒΊΟΝ.

DE VITA.

Οὐκ ἔστι βίον εὑρεῖν ἄλυπον ἐν οὐδενί.
Est vita vacua nemini molestiis.

Τὸ ζῆν ἀλύπως, ἀνδρός ἐστιν εὐτυχοῦς.
Cui vita vacua molestiis, beatus est.

Ἀμελοῦντα τοῦ ζῆν οὐκ ἔνεστ' εὐχη-
μονεῖν.
*Qui negligit vitam, haud honestè vi-
xerit.*

Βιοῖ γὰρ οὐδεὶς ὃν προαιρεῖται βίον.
*Haud viuit vllus quod genus vitæ
cupit.*

Βίος ἐστὶν ἄν τις τῷ βίῳ χαίρῃ βιῶν.
*Est vita demum quàm lubens viuit
aliquis.*



ΕΙΣ ΒΟΥΛΗΝ.

DE CONSILIO.

Ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ θέλων.
Perdere vir inconsultus operam omnem solet.

Ἀβουλία γὰρ πολλὰ βλάπτουσι βροτοῖς.
Damna hominibus dat plurima imprudentia.

Ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται.
A nocte sapiens capere consilium solet.



ΕΙΣ ΓΑ'ΜΟΝ.

DE NVPTIIS.

Γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν.

Optabile malum nuptiæ mortalibus.

Γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.

Ad pœnitentiam it, parat qui nuptias.

Ἄλυπον ἕξεις τὸν βίον χωρὶς γάμου.

Quæ vita cælebs, ea molestijs caret.

Νόμιζε γήμας, δοῦλος εἶναι τοῦ βίου.

Vxore ducta credito seruum eße te.

Ὦ τρισκακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ.

Qui pauper uxorem accipit, miserrimus.

Δαίμων σεαυτοῦ πλουσίαν γήμας ἔσῃ.

Eris tibi deus, diuitem si duxeris.

Ἦθος προκρίνειν χρημάτων γαμοῦντα δεῖ.

Mores futuræ uxoris antefer opibus.



ΕἸΣ ΓΗ͂ΡΑΣ.

DE SENECTVTE.

Χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστὶν ἀνθρώποις βάρος.

Durum senectus est onus mortalibus.

Φοβοῦ τὸ γῆρας· οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

Metue senectā: sola nanque non uenit.

Ἥξει τὸ γῆρας πᾶσαν αἰτίαν φέρον.

Veniet senectus cū querela qualibet.

Πολιαὶ χρόνου μήνυσις, οὐ φρονήσεως.

Cani indices ætatis, haud prudentiæ.

Ἐφόδιον εἰς τὸ γῆρας ἀεὶ κατατίθου.

Tuam in senectam condito viaticum.

Καλὸν τὸ γηρᾶν καὶ τὸ μὴ γηρᾶν πάλιν.

Senem esse pulchrum est, pulchrum & esse non senem.

Σκληρὸς ἀνὴρ ἐστιν ἐν νέοις γέρων.
Iuuenũ odiosus uir senex in cœtibus.

Γέρων ἐραστὴς ἐσχάτη κακὴ τύχη.
Senex amore captus, ultimum malum.



ΕΙΣ ΓΟΝΕΪΣ.

DE PARENTIBVS.

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
Tibi sunt parentes primo honorandi loco.

Ἔλπιζε, τιμῶν τοὺς γονεῖς, πράξειν καλῶς.
Colens parentes læta speres omnia.

Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.
Alas parentes si senes, uiues diu.

Θεοὶ μέγιστοι τοῖς φρονοῦσιν οἱ γονεῖς.
Dii maximi, parẽtes sunt mortalibus.

Πρὸς υἱὸν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.
Boni parentis ira nulla in filium.



ΕἸΣ ΓΥΝΑῖΚΑ.

DE MVLIERE.

Γυνὴ γὰρ οἴκῳ πῆμα καὶ σωτηρία.
Salus & exitium mulier est ędibus.

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐστι σώζειν οἰκίαν.
Quæcunque mulier est proba, hęc seruat domum.

Γυνὴ δὲ χρηστὴ πηδάλιόν ἐστ' οἰκίας.
Est quę proba uxor, est gubernaculum domus.

Γυναικὶ πάσῃ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.
Decus mulieri cuilibet silentium.

Γυναικὶ κόσμος ὁ τρόπος, κοὐ χρυσία.
Mores mulierem non monilia decorant.

Καλὸν γυναικὸς εἰσορᾶν καλοὺς τρόπους.
Res pulchra, morum pulchritudo fœminæ.

Γυναικὶ δ' ἀρχὴν οὐ δίδωσιν ἡ φύσις.
Natura nõ vult imperare fœminam.

Γυνὴ τὸ σύνολόν ἐστι δαπανηρὸν φύσει.
Natura fecit ſumptuoſas fœminas.

Γυνὴ γὰρ οὐδὲν οἶδε πλὴν ὃ βούλεται.
Scit mulier illa ſola ſcire quæ libet.

Γυναικὸς ἐσθλῆς ἐπιτυχεῖν οὐ ῥᾴδιον.
Haud facile coniugẽ nanciſcier bonã.

Θάλασσα καὶ πῦρ καὶ γυνὴ, κακὰ τρία.
Tria ſunt mala, æquor, ignis, atque fœmina.

Θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.
Penus omnium malorum mulier improba.

Ἰὸς πέφυκεν ἀσπίδος κακὴ γυνή.
Eſt mulier improba aſpidis virus malum.

Θηρῶν ἁπάντων ἀγριωτέρα κακὴ
γυνή.
Mala mulier quauis fera truculẽtiorẽ

Ἴσον λεαίνης καὶ γυναικὸς ὠμότης.
Eadem mulieris quæ leę crudelitas.

Ὡς ἔστ᾽ ἄπιστον ἡ γυναικεία φύσις.
Muliebris ô quàm sexus est infida res.

Ἐν γὰρ γυναιξὶ πίστιν οὐκ ἔνεστ᾽ ἰδεῖν.
Non inuenitur inter fœminas fides.

Χειμὼν κατ᾽ οἴκους ἐστὶν ἀνδράσιν
γυνή.
Et ipsa tempestas mulier in ędibus.

Ζῆλος γυναικὸς πάντα πυρπολεῖ δό-
μον.
Zelotypia mulieris domum omnem
subruit.

Τερπνὸν κακὸν πέφυκεν ἀνδράσιν γυνή.
Prædulce mulieres hominibus sunt malum.

Πολλοὶ γυναικῶν δυςτυχοῦσιν εἵνεκεν
Multis mulieres implicant multorum malis.

Γυνὴ γυναικὸς πώποτ' οὐδὲν διαφέρει.
A fœmina differre fœminam haud putes.



ΕΙΣ ΔΙΚΑΙΟΝ.

DE IVSTO.

Ἀνδρὸς δικαίου καρπὸς οὐκ ἀπόλλυται.
Haud fructus eius qui uir est iustus, perit.

Δίκαιος ἴσθ', ἵνα καὶ δικαίων δὴ τύχῃς.
Sis æquus, æqua consequaris ut itidem.

Βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἣν δίκαιος ᾖς.
Incede rectam, si vir es iustus, viam.

Δίκαια δράσας, συμμάχου τεύξῃ θεοῦ.
Opem tibi Deus, iusta si egeris, feret.

Κρίνειν δίκαιον, μὴ τὸ συμφέρον, θέλε.
Specta quod æquum, non quod utile, iudicans.

Βίου

Βίου δικαίου γίγνεται τέλος καλόν.
Vitę colentis æqua pulcher exitus.

Τρόπος δίκαιος, κτῆμα τιμιώτατον.
pretiosa res possessio æquitatis est.



ΕΙ'Σ ΔΥΣΤΥΧΙ'ΑΝ
καὶ
ΕΙ'Σ ΕΥ'ΤΥΧΙ'ΑΝ
DE INFELICITATE
&
DE FELICITATE.

Μὴ ὕβριζε δυστυχοῦντι. κοινὴ γὰρ τύχη.

Misero caue insultare. sors communis est.

Μηδέποτε σαυτὸν δυστυχῶν ἀπελπίσῃς.

Ne propter vllam miseriam depone spem.

Νόμιζε κοινὰ πάντα δυστυχήματα.

Communia esse credito infortunia.

Οἴμοι. τὸ γὰρ ἄφνω δυστυχεῖν, μανίαν ποιεῖ.

Hei mihi. repentini mali comes est furor.

Ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.

Etiam voluptas miseriã nobis parit.

Τῶν δυςτυχούντων εὐτυχὴς οὐδεὶς φίλος.

Haud misero amicus ille qui beatus est.

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.

Quũ lapsa quercus, ligna quiuis colligit.

Hi autem sunt, ΕΙΣ ΕΥ-
ΤΥΧΙΑΝ,
id est
DE FELICITATE.

Δίκαιον δὲ πρός πάντα μεμνῆσθαι θεοῦ.
In prospera aequum forte meminisse est Dei.

Θεοῦ γὰρ οὐδεὶς εὐτυχεῖ βροτῶν ἄνευ.
Nullus beatus absque numine est Dei.

Κοινὸν δὲ καλόν ἐστι χρηστὸς εὐτυχῶν.
Viri probi communis est felicitas.

Πολλοὶ μὲν εὐτυχοῦσιν, οὐ φρονοῦσι δέ.
Prudentiae expers plurimus felicitas.

Τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.
Prudens videtur ille cui sors prospera.

Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.
Terra omnis illi patria cui res prospera.

Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.

Minus insolesce quo magis beatus es.

Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.

O quàm ruina splendida vita cita.



ΕΙ'Σ ΕΛΠΙ'ΔΑ.

DE SPE.

Ἄνθρωπος ἀτυχῶν σώζεθ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος.

vel,

Ἀνὴρ ἀτυχῶν δὲ σώζεται ταῖς ἐλπίσι.
Presso miseria spes salus est vnica.

Ἐν ἐλπίσιν χρὴ τοὺς σοφοὺς ἔχειν βίον.
(sed hoc quidam adscribunt Euripidi)
Sapientis in spe vita semper sit decet.

Ἔλπιζε πάντα, μέχρι γήρως, θνητὸς ὤν.
Mortalis ad senium vsque spera quidlibet.

vel,

Spei senecta est terminus mortalibus. Nisi *μέχρι γήρως* malit quis interpretari Citra senectam: hoc sensu, Quum sis mortalis, & tibi mors singulis horis impendeat, spera quidlibet potius quàm senectutem.

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτῶν. (quem tamen suspicor esse Euripidis)

Vana quibus est mens, alere spes illos solet.



ΕἸΣ ἜΧΘΡΑΝ.

DE INIMICITIIS.

Λόγον παρ' ἐχθροῦ μή ποθ' ἡγήσῃ φίλον.

Nulla ab inimico verba crede benevola.

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν, οὔποτ' ἂν πάθοις βλάβην.

Damno carebis, hostibus ni fideris.

Ἐχθροὺς ἀμύνου μὴ τῇ σαυτοῦ βλάβῃ.

Vlciscere hostes, sed tuo damno sine.



ΕἸΣ ΖΩΗ͂Ν,
καὶ
ΕἸΣ ΘΑ͂ΝΑΤΟΝ.
DE VITA
&
DE MORTE.

Ζῆν βουλόμενος, μὴ πράττε θανάτου ἄξια.

Ne morte facito digna, ſi vis viuere.

Κρεῖσσον τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Item,

Ζωῆς πονηρᾶς θάνατος αἱρετώτερος.

Satius mori quàm calamitoſe viuere

Ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.

Vitam inuidente ſorte turpe viuere.

Ὡς ἡδὺ τὸ ζῆν μὴ φθονούσης τῆς τύχης.

Quàm uita dulcis quando ſors non inuidet.

Πάντες καλῶς ζῆν ἐθέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

Bene viuere omnes cupimus; at non poſſumus.

Hi autem sunt ΕΙΣ ΘΑ-
ΝΑΤΟΝ,
id est

DE MORTE.

Βροτοῖς ἅπασι κατθανεῖν ὀφείλε-
ται.

Reddenda cunctis vita, tanquam debitum.

Τὸ δὴ θανεῖν, οὐκ αἰσχρὸν, ἀλλ' αἰσχρῶς
θανεῖν.

Haud turpe mori equidem, mori sed turpiter.

Καλὸν τὸ θνήσκειν οἷς ὕβριν τὸ ζῆν
φέρει.

Mori est honestum iniuriae obnoxio.

Θνητὸς πεφυκὼς, μὴ γέλα τεθνηκό-
τα.

Mortalis irridere parce mortuum.

Ὃν γὰρ φιλεῖ θεὸς, ἀποθνήσκει νέος.
Si quem Deus amat, ille iuuenis interit.



ΕἸΣ ἩΔΟΝΗ'Ν.

DE VOLVPTATE.

Ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.
Etiã voluptas miseriã ex se procreat.



Φεῦγ' ἡδονὴν ἔχουσαν ὕστερον βλάβην.
Procul voluptas illa quam excipit dolor.



Ἡ γὰρ παράκαιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβην.
Tempestiua aliqua ni voluptas sit, nocet.



ΕἸΣ ΘΕΟ'Ν.

DE DEO.

Παντῃ γὰρ ἐστι πάντα τε βλέπει θεός.
Est Deus ubique, spectat idémque omnia.

Ὀξὺς θεοῦ δ' ὀφθαλμὸς εἰς τὸ πάνθ' ὁρᾶν.
Acutus ad cernenda cuncta oculus Dei.

Ἄγει τὸ θεῖον τοὺς κακοὺς πρὸς τὴν δίκην.
Adducit ad supplicia numen improbos.

Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.
Haud ullus unquã transilit plagam Dei.

Θεὸς συνεργῶν πάντα ποιεῖ ῥᾳδίως.
Est facile quiduis, fert opem quando Deus.

Σιὼ τῷ θεῷ πλῶν, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Vel,

Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Deo fauente, vimen est ratis loco.

Τῷ δὲ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

(sed hic à quibusdam Euripidi adscribitur)

Deus labores adiuuat mortalium.

— τῶν πόνων

Πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθ' οἱ θεοί.

Labore diui qualibet vendunt bona.

Εὐχῆς δικαίας οὐκ ἀνήκοος θεός.

Vota æqua nunquam respuunt aures Dei.

Δίκαιον εὐπράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.

In prospera æquum sorte meminisse est Dei.



ΕΙΣ ΚΑΙΡΟ´Ν.

DE OCCASIONE.

Καιροῦ τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα.
Reddit potentem occasio vel pauperē.

Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος.
Est plurimarum causa rerū occasio.

Τάχισθ' ὁ καιρὸς μεταφέρει τὰ πράγματα.
Mutationem affert repentè occasio.

Πολλοὺς ὁ καιρὸς ἄνδρας οὐκ ὄντας ποιεῖ.
Occasio facit strenuos qui non erant.

Ὡς μέγα τὸ μικρόν ἐστιν ἐν καιρῷ δοθέν.
Res parua, magna est, tempore & loco data.



ΕἸΣ ΚΆΛΛΟΣ.

DE PVLCHRITVDINE.

Ὡς ἡδὺ κάλλος ὅταν ἔχῃ νοῦν σώφρονα.

Quàm grata forma est cui comes modesta mens.

Ὑπερήφανον πρᾶγμ' ἐστὶν ὡραία γυνή.

Formosa mulier, plena res superbiæ.

Δύσμορφος εἴην μᾶλλον, ἢ καλὸς, κακός.

Deformis esse malo quàm pulcher, malus.

Μὴ κρῖν' ὁρῶν τὸ κάλλος, ἀλλὰ τὸν τρόπον.

Ex moribus nō pulchritudine indica.



ΕἸΣ ΚΕΡΔΟΣ.

DE LVCRO.


Τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος ἂν δίκαιον ᾖ.
Lucra esse lucra credito si iusta sint.




Τὰ δ᾽ αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται.
(qui versus fortasse cohæret cum proximè præcedente)
At calamitates lucra turpia afferunt.



Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἀεὶ φέρει.
Quęstus iniquos damna consequi solent.



Ἦθος πονηρὸν φεῦγε καὶ κέρδος κακόν.
Lucrum malum moresque fugias improbos.



Βίον πορίζου παντοθεν πλὴν ἐκ κακῶν.
Omni arte uitam quęre, modò non sit mala.

P. L.

Τὰ μικρὰ κέρδη μείζονας βλάβας φέρει.

Maiora paruis damna iuncta sunt lucris.

Βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

Ditescere omnes volumus, at non possumus.



ΕΙΣ ΛΟΓΟΝ.

DE ORATIONE.

Ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος.

Vt corpus ensis, verba mentē sauciāt.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

Viri character, eius est oratio.

Χωρὶς τό, τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Multa loqui, aliud est quàm loqui quod expedit.

Λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ.

Est administra oratio rerum omnium.

Λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.

Verbis agas agente cum uerbis uiro.

Ἰσχυρότερον δ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.

Oratione nil validius uspiam.

Ῥίψας λόγον τὶς οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.

Verba reuocari emissa nō queūt semel.

Λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος.

Mæroris unica medicina oratio.

Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.

(vel, οἶδε θεραπεύειν)

Verba beneuola medela ſunt mærentibus.



ΕἸΣ ΛΥΠΗΝ.

DE MOERORE.

Ἀεὶ τὸ λυπουμ̃ ἐκδίωκε τοῦ βίου.
Semper fugato triſte quicquid eſt procul.

Βιοιῶ ἀλύπως θνητὸν ὄντ' οὐ ῥᾴδιον.
Mortalis ullus uix ſit exors triſtitiæ.

Οὐκ ἔστι λύπης χεῖρον ἀνθρώποις κακόν.
Mœrore grauius hominibus nullum malum.

Λῦπαι γὰρ ἀνθρώποισι τίκτουσι νόσους.
Morbos hominibus inuehere mœror ſolet.



ΕἸΣ ΜΕΤΡΙΟΤΗΤΑ.

DE MODESTIA.


Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.

Minus insolesce quo magis beatus es.



Ἴσος μὲν ἴσθι πᾶσι, κἂν προὔχῃς βίῳ.

Æquabilem geras te, ditior licet.




Τὸ γνῶθι σαυτὸν, πανταχοῦ 'στι χρήσιμον.

Cognosce teipsum, monitum vbique commodum.



Βούλου δ' ἀρέσκειν πᾶσι, μὴ σαυτῷ μόνον.

Placere cunctis, non soli tibi, velis.



Ἄνθρωπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί.

Fac semper vt hominem esse te viuas memor.

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρό-
νει.

*Mortalia modò cogita, vt morta-
lis es.*



ΕἸΣ ΝΕΌΤΗΤΑ.

DE IVVENTVTE.

Μέμνησο νέος ὢν ὡς γέρων ἔσῃ ποτέ.
Annis iuuentæ sis memor senilium.

Ἀκμὴ τὸ σύνολον οὐδὲν ἄνθους διαφέρει.
Iuuenilis ętas floribus simillima.

Νέος πεφυκὼς πολλὰ χρηστὰ μάνθανε.
Annis iuuentæ multa discito bona.

Νέῳ δὲ σιγᾶν μᾶλλον ἢ λαλεῖν πρέπει.
Tacere iuuenem quàm loqui magis decet.

Ὀχληρὸς ἀνήρ ἐστιν ἐν νέοις γέρων.
Iuuenũ odiosus vir senex in cœtibus.

Νέος ὢν ἀκούειν τῶν γεραιτέρων θέλε.
Qui iuuenis es, lubenter audias senes.

Vel,

Qui iuuenis es, sis audiẽs dicto seni.



ΕΙΣ ΝΟΜΟΥΣ.

DE LEGIBVS.

Ἰσχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν, ἣν ἄρχοντ' ἔχῃ.
Res valida lex est, quum magistratus habet.

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχωρίοις καλόν.
Quo degis in loco, illius morem cole.

Ῥήτωρ πονηρὸς τοῖς νόμοις λυμαίνεται.
Orator improb⁹ lues est legibus.

Βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.
Contra vi agentes nulla lex quicquã potest.



ΕἸΣ ΞΕΝΟΥΣ.
DE PEREGRINIS.

Ξένους πένητας μὴ παραδράμῃς ἰδών.

Inopes peregrinos iuuare sis memor.

Ξένοις ἐπαρκῶν, τῶν ἴσων τεύξῃ ποτέ·

Ea peregrino quæ facis, spera tibi.

Ξένον ἀδικήσῃς μηδέποτε καιρὸν λαβών.

Occasione lædito nulla hospitem.

Ξένον προτιμᾶν μᾶλλον ἀνθρώποις ἔθος.

Maior peregrini ratio haberi solet.

Ξένος ὤν, ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.

Peregrine nullis te implica negotiis.

Ξένῳ μάλιστα συμφέρει τὸ σωφρονεῖν.
Esse moderatum, maximè hospiti expedit.

Πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.
Moderationem peregrinatio docet.

Ἔστωσαν ὁμοῖοι ἁπλόως ἐν πολιτείαις.
Sint [illegible] peregrini [illegible].



ΕἸΣ ὍΡΚΟΝ.

DE IVRAMENTO.

Ὅρκον δὲ φεῦγε, κἂν δικαίως ὀμνύῃς.
Iurare fugias, falsa non iures licet.

Θεὸν ἐπιορκῶν μὴ δόκει λεληθέναι.
Deum latere ne putes quod peieras.

Ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.
Scribantur in aqua siqua iurat improbus.



ΕἸΣ ὈΡΓΗ'Ν.

DE IRA.

Ὀργὴ δὲ πολλὰ δρᾶν ἀναγκάζει κακά.
Mala perpetrare cogit ira plurima.

Ζήσεις βίον κράτιστον ἂν θυμοῦ κρατῇς.
Vives beatè uacuus iracundia.

Θυμοῦ κρατῆσαι κἀπιθυμίας καλόν.
Iram tenere splendidum ac cupidinē.

Ἄνθρωπος ὢν γίγνωσκε τῆς ὀργῆς κρατεῖν.
Quum sis homo, ira temperare noueris.

Νίκησον ὀργὴν τῷ λογίζεσθαι καλῶς.
Adhibita ratio fac superet irā tuam.

Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.
Haud tuta in ira cōsilia capi quennt

Ὀργὴν ἑταίρου καὶ φίλου πειρῶ φέρειν.

Iram sodalis atque amici fac feras.

Φεύγειν ἀεὶ δεῖ δεσπότας θυμουμένους.

Accensus ira procul herus fugiendus est.



ΕΙΣ ΠΑΙΔΑΣ.

DE LIBERIS.

Φιλίας μέγιστος δεσμὸς αἱ τέκνων γοναί.

Sunt vinclum amoris liberi firmißimum.

Μακάριος ὅστις εὐτύχησεν εἰς τέκνα.

Felix boni cui contigerunt liberi.

Μακάριόν ἐστιν υἱὸν εὔτακτον τρέφειν.

Moratus est cui filius, felix pater.



ΕἸΣ ΠΑΙΔΕΙ'ΑΝ
καὶ
ΕἸΣ ΣΟΦΙ'ΑΝ.

DE DOCTRINA
&
DE SAPIENTIA.

Ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστὶ παιδεία βροτοῖς.
Doctrina domino hand eripi suo potest.

Ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.
Doctrina mores esse non sinit feros.

Βακτηρία γὰρ ἐστὶ παιδεία βίου.
D.ctrina baculus dicier vitæ potest.

Κάλλιστόν ἐστι κτῆμα παιδεία βροτοῖς.
Doctrina, quanis pulchrior possessio.

Κἀν τοῖς ἀγροίκοις ἐστὶ παιδείας λόγος.
Doctrina habetur ratio vel ab agrestibus.

Τιμὴ

Τιμὴ πέφυκε πᾶσι παιδεία βροτοῖς.
Mortalibus doctrina honori est omnibus.

Ὁ γράμματ' εἰδὼς καὶ περισσὸν νοῦν ἔχει.
Satis supérque literatis mentis est.

Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.
Vir literatus duplo acutius videt.

Ὁ γραμμάτων ἄπειρος οὐ βλέπει βλέπων.
Illiterati quod vident, id non vident.

Καλὸν δὲ καὶ γέροντα μανθάνειν σοφά.
Est discere perhonesta res seni quoque.

Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἂν μὴ νοῦς παρῇ.
Vbi deest mens, disciplina nil iuuat.

Ὁ σοφὸς ἐν αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.
Sapiens suas vbique circumfert op-

Οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον.
Haud vlla res pretiosior sapientia.

Σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον.
Pretiosior res opibus est sapientia.

Σοφία δ᾽ ἐστὶ καὶ μαθεῖν ὃ μὴ νοεῖς.
Et discere id quod nescias, sapiẽtia est.

Σοφοῦ παρ᾽ ἀνδρὸς χρὴ σοφόν τι μανθάνειν.
Sapiente sapiẽs aliquid à viro accipe.

Σοφοῖς ὁμιλῶν, καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.
Sapiens eris, sapientibus sępe assidẽs.



ΕΙ'Σ ΠΕΝΙ'ΑΝ.

DE PAVPERTATE.

Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.

Pauper inhonorus, genere sit clarus licet.



Τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί.

Haud pondus vllũ pauperum verbis inest.



Πενίαν φέρειν οὐ παντὸς, ἀλλ' ἀνδρὸς σοφοῦ.

Ferre inopiam, sapientis est demũ viri.

Nisi ambiguitaté reformidassem, potuissem & ita reddere, *Scit ferre sapiens inopiam, non quilibet.* Potuisset enim intelligi, Non quilibet sapiens: quum dicat Menander, Non quilibet, sed sapiens duntaxat.



Οὐδὲν πενίας βαρύτερόν ἐστι φορτίον.

Onus inopia longè omnium grauissimum.

Πενίαν φέρειν καὶ γῆρας ἐςὶ δύσκολον.
Tolerare senium & inopiã res ardua.

Πενία δ' ἀγνώμονάς γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ.
Ab inopia aliquando venit inhumanitas.

Μικρῷ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον.
Qui diuiti dat pauper, haud placet mihi.

Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον, ἢ πλουτεῖν κακῶς.
Inopia honesta potior opibus improbis.



ΕἸΣ ΠΛΟΥ͂ΤΟΝ.

DE DIVITIIS.

Πλούτῳ πεποιθὼς ἄδικα μὴ πειρῶ ποιεῖν.

Ne fretus opibus aliquid iniuſtum audeas.

Δυνάται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν.

Humanitas ſæpe ſequitur opulentiã

Μέμνησο πλουτῶν τοὺς πένητας ὠφελεῖν.

Dũ diues es, inopes iuuare ſis memor.

Δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα.

Sita in opibus mortalium potentia.

Χρυσὸς δ᾽ ἀνοίγει πάντα, κἀΐδου πύλας.

Reſerantur auro cuncta, vel portæ inferûm.

Ἐὰν δ᾽ ἔχωμεν χρήματ᾽, ἕξομεν φίλους.

Habebo amicos, si habuero pecuniam.

Μὴ σπεῦδε πλουτεῖν, μὴ ταχὺ πένης γένῃ.

Ditescere properans, inops fies cito.

Ῥάθυμος ὢν σὺ πλούσιος, πένης ἔσῃ.

Si negligens sis diues, euades inops.

Καλῶς ἀκούειν, μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε.

Famam libenter opibus anteponito.



ΕΙ'Σ ΠΟΝΗΡΟΥ'Σ.

DE IMPROBIS.

Ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ, κἂν εὐτυχῇ.
Miser est vir improbus, felix licet.

Θεοῦ δ᾽ ὄνειδος τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν.
Deus malè audit ob beatos improbos.

Καὶ ζῶν ὁ φαῦλος καὶ θανὼν κολάζεται.
Viuúsque mortuúsque plectitur improbus.

Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.
Haud molliūtur viscera improbi viri.

Ἀνουθέτητόν ἐστιν ἡ πονηρία.
Audire monita nō solēt vlla improbi.

Ἑαυτὸν οὐδεὶς ὁμολογεῖ κακοῦργος ὤν.
Haud esse quisquā se fatetur improbū.

Φασὶν κακίστους οἱ πονηροὶ τοὺς καλούς.
Ab improbis probi vocantur pessimi.

Πῶς ἔργον εὖ ζῆν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν.
Quis moribus bene viuere queat in malis?

Πονηρὸν ἄνδρα μηδέποτε ποιοῦ φίλον.

Adiunge amicum ne tibi virum improbum.

Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνοδίαν ἀεί.

ET

Κακῷ σὺν ἀνδρὶ μηδ᾽ ὅλως ὁδοιπόρει.

Ne cum viro vnquam carpito viam improbo.

Τὸν δόλιον ἄνδρα φεῦγε παρ᾽ ὅλον τὸν βίον.

Vitam per omnem, qui dolosus est, fuge.

Κακοῖς ὁμιλῶν, κ᾽ αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Consortium te reddet improbi improbum.

Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ᾽ ὁμιλίαι κακαί.

Mores bonos congressus inquinat malos.

Ἤθη πονηρὰ τὴν φύσιν διαστρέφει.

Peruertitur natura prauis moribus.

Χρηστὸς πονηροῖς οὐ τιτρώσκεται λόγοις.

Non vulneratur improbis verbis probus.

Δύσμορφος εἶναι μᾶλλον ἢ καλὸς, κακός.

Deformis esse malo quàm pulcher, malus.



ΕἸΣ ΣΙΩΠΗΝ.

DE SILENTIO.

Οὐδὲν σιωπῆς ἐστι χρησιμώτερον.
Vtilior haud est vlla res silentio.

Σιγή ποτ᾽ ἐστὶν αἱρετωτέρα λόγου.

ET,

Ἐνίοις τὸ σιγᾶν ἐστι κρεῖττον τοῦ λόγου.
Aliquãdo verbis melius est silentium.

Κρεῖττον σιωπᾶν ἢ λαλεῖν ἃ μὴ πρέπει.
Satius tacere quàm loqui quæ non decet.

Οὗ δεῖ σιωπᾶν, καὶ λαλεῖν ὅπου χρεών.
Et in loco tacere & in loco loqui.

Ἢ λέγε τι σιγῆς κρεῖττον, ἢ σιγὴν ἔχε.
Sile, meliora vel loquere silentio.

Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει
Plerisque responsi vice est silentium.

Εὐκαταφρόνητόν ἐστι σιγηρὸς τρόπος.
Taciturnitas est plurimis contēptui.

Ἡ γλῶσσα πολλῶν ἐστιν αἰτία κακῶν.
Plerisque lingua dat malis originem.

Ἡ γλῶσσα πολλοὺς εἰς ὄλεθρον ἤγαγεν.
Plerosque lingua funditꝰ pessundedit.



ΕἸΣ ΤΌΛΜΑΝ.

DE AVDACIA.

Εὔτολμος εἶναι κρῖνε, τολμηρὸς δὲ μή.
Audens ita esto sit procul vt audacia.

Τὸ πολλὰ τολμᾶν πόλλ' ἁμαρτάνειν ποιεῖ.
Audere multa, multa nos labi facit.

Ἔστιν τὸ τολμᾶν, ὦ φίλ', ἀνδρὸς οὐ σοφοῦ.
Audacia aliena sapiente est à viro.

Προπέτεια πολλοῖς ἐστὶν αἰτία κακῶν.
Ex temeritate multa nascũtur mala.



ΕἸΣ ΤΥ'ΧΗΝ.

DE FORTVNA.

Οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη.

Fortuna dat aliis, & aliis eripit.

Δοὺς τῇ τύχῃ τὸ μικρὸν, ἐκλήψῃ μέγα.

Dans parua sorti, recipies quæ magna sint.

Πολλοὺς κακῶς πράσσοντας ὤρθωσεν τύχη.

Rebus ab egenis euehit sors plurimos.

Πᾶσιν γὰρ εὖ φρονοῦσι συμμαχεῖ τύχη.

Qui se gerunt prudenter, illis sors fauet.

Ταὐτόματον ἡμῶν κάλλιον βουλεύεται.

Meliora quàm nos ipsa sors delibe-rat.

Ὡς ποικίλον πρᾶγμ᾽ ἐστὶ καὶ πλάνον τύχη.

Fortuna, quàm res varia, quàm volubilis.

Στρέφει δὲ πάντα τῷ βίῳ μικρὰ τύχη.

Fortuna parua versat humana omnia.

Τὰ θνητὰ πάντα μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Mutantur humana vario modo omnia.

Βέβαιον οὐδὲν ἐν βίῳ δοκεῖ πέλειν.

Stabile videtur nostra habere vita nil.

Ἄνθρωπος ὢν μέμνησο τῆς κοινῆς τύχης.

Sortis memento communis, quum sis homo.

Μὴ 'μβαινε δυστυχοῦντι. κοινὴ γὰρ τύχη.

Misero caue insultare: sors communis e.



ΕΙΣ ΥΓΕΙΑΝ.

DE SANITATE.

Οὐκ ἔστ᾽ ὑγείας κρεῖττον οὐδὲν ἐν βίῳ.
Nil sanitate vita habet præstantius.



Ὑγεία καὶ νοῦς, ἐσθλὰ τῷ βίῳ δύο.
Vitæ bona duo, sanitas, prudentia.



ΕΙΣ ΥΠΝΟΝ.

DE SOMNO.


Ὕπνον θανάτου προμελέτησις πέλει·
Mortis rudimentum esse somnum cogita.

Ὕπνος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια.
Somnũ esse mortis parua dic mysteria.

Ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία.
Inesse somno corporis salus solet.

Ὕπνος δὲ πείναν τὴν κακίςατον δαμᾷ.
Domatur à somno malum vltimum, fames.

ΕΙΣ



ΕΙ'Σ Υ'ΠΟΜΟΝΗ'Ν.

DE PATIENTIA.

Ἀνδρὸς τὰ προσπίπτοντα γενναίως φέρειν.

Tolerare casus fortiter virum decet.

Στεῤῥῶς φέρειν χρὴ συμφορὰν τὸν εὐγενῆ.

Ferre generosum fortiter casus decet.

Φρονοῦντός ἐστι ζημίαν ῥᾷον φέρειν.

Vir damna ferre leniter prudẽs solet.

Νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.

Hãc calamitatẽ ratio fac vincat tibi.

Πειρῶ τύχης ἄγνοιαν εὐχερῶς φέρειν.

Conare ferre sortis ignorantiam.

Φέρειν ἀνάγκη θνητὸν ὄντα τὴν τύχην.

Necesse sortem perpeti mortalibus.

Ἔνεγκε λύπην καὶ βλάβην ἐῤῥωμένως.

Res ferto acerbas atque damna fortiter.

Τὴν τῶν κρατούντων μάθε φέρειν ἐξουσίαν.

Disce dominantis imperia rectè pati.

Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.

Patientiam suadere facile, non pati.



ΕΙΣ ΦΙΛΟΥΣ.

DE AMICIS.

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα κάλλιον φίλου.
Nulla est amico pulchrior possessio.
vel,
Nil potes amico possidere pulchrius.

Φίλους ἔχων νόμιζε θησαυροὺς ἔχειν.
Cui sunt amici, esse sibi thesauros putet.

Μακάριος ὅστις ἔτυχε γενναίου φίλου.
Generosum amicum possidens, beatus est.

Νόμιζ' ἀδελφοὺς τοὺς ἀληθινοὺς φίλους.
Veros amicos ducito fratrum loco.

Ἴσον θεῷ σοῦ τοὺς φίλους τιμᾶν θέλε.
Honora amicos tanq. honorares deos

Ἐν τοῖς γὰρ δεινοῖς χρημάτων κρείττων φίλος.
(si tragici non est hic senarius)
Nummis potior amicus in periculis.

Ἐν τοῖς κακοῖς δὲ τοὺς φίλους εὐεργέτει.

Sis beneficus amico accidunt cui tristia.

Μὴ φεῦγ' ἑταῖρον ἐν κακοῖσι κείμενον.

Ne fuge sodalem quum calamitas ingruit.

Φίλον δι' ὀργὴν ἐν κακοῖς μὴ παρίδῃς.

Amicũ ob iram deserere caue in malis.

Ἰδίας νόμιζε τῶν φίλων τὰς συμφοράς.

Casus amicorum esse censeas tuos.

Φίλος φίλῳ γὰρ συμπονῶν αὑτῷ πονεῖ.

Sibi laborat ipsi, amico qui suo.

Καλὸν θέαμα δ' ἐστὶν εὖ πράττων φίλος.

Est dulce amici res videre prosperas.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

Vt ignis aurum, tempus ita amicum probat.

Φίλον βέβαιον ἐν κακοῖσι μὴ φοβοῦ.

Ne fidum amicum sorte in aduersa time.

Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι.

Aduersa cui sors, huic amici sunt procul.

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους. (quem tamẽ versum mihi videor apud Euripidẽ legisse, aut ex eo citatum.)

Inuenit amicos hominibus pecunia.

vel,

Argentũ amicos cuilibet nanciscitur.

Ἐὰν ἔχωμεν χρήματ', ἕξομεν φίλους·

Habebo amicos si habuero pecuniam.

Eodem pertinet hic,

Εὔχου δ' ἔχειν τι, κἂν ἔχῃς, ἕξεις φίλους.

Πολλοὶ τραπέζης οὐκ ἀληθείας φίλοι.

Plerosque amicos mensa habet, non Veritas.

Δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν οὐ λόγους ἔχειν.

Habere amicũ haud verba sed fidem decet.

Πειρῶ φίλοισι μὴ κακὸς εἶναι φίλος.

Conare amicis esse amicus nõ malus.

Sed quũ versus Græcus non stet, reponendum fortasse κακῶς pro κακὸς, vt sit,

Conare amico amicus esse non malè. hoc sensu, Conare ita te amico amicum præstare, vt tamen citra malum. id est, vt tamen nihil mali admittas dum illi gratificari studes.

Κακὸν φέρουσι καρπὸν οἱ κακοὶ φίλοι.

Fructus amici perferunt mali malos.

Καλὸν τὸ μηδὲν εἰς φίλους ἁμαρτάνειν.

Delinquere in amicos nihil, laudabile.

Ὀργῆς χάριν τὰ κρυπτὰ μὴ 'κφαίνῃς φίλου.

Arcana amici ne per iram prodito.

Φίλος με βλάπτων οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.

Lædens me amicus ab inimico haud discrepat.

Φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε.

Dic laudem amici potius ipse quàm tuam.

Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐχ αὑτὸν φιλεῖ.

Homo nullus est qui nõ amicus sit sibi.

Φιλεῖ δ᾽ ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα.

Haud ullus alii quàm sibi est amicior.

Λίαν φιλῶν ἑαυτὸν, οὐχ ἕξεις φίλον.

Tibi te amanti nimis, amicus nõ erit.

Μηδέποτε πειρῶ δύο φίλων εἶναι κριτής.

Ne sis amicos inter arbiter duos.



ΕΙ'Σ ΦΙΛΟΠΟΝΙ'ΑΝ.

DE LABORIOSIS.

Φιλόπονος ἴσθι, καὶ βίον κτήσῃ καλόν.
Laborem amando, vitæ habebis commoda.




Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.
Laboret is beatam qui vit am cupit.



Ἐν μυρίοις τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.
Labore pulchræ res egent quammaximo.



Ἁλωτὰ γίγνετ' ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ
Ἅπαντα. vel,
Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίγνεται.
Labore quiduis sedulo expugnabile.



Ἔργοις φιλόπονος ἴσθι, μὴ λόγοις μόνον.
Laboriosus esto re, haud verbis modó.

Ὡς ἡδὺ τοῖς σωθεῖσι μεμνῆσθαι πό-
νων.

*Quàm dulcis elapsis laborum me-
moria.*

Ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά.

*Quàm multa mala fert otium mor-
talibus.*



ΕἸΣ ΦΡΟΝΗΣΙΝ.

DE PRVDENTIA.

Ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστ᾽ ἀεί.
Prudentia bonũ semper est quam-maximum.

Ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Validissimũ animus frenum habet prudentiam.

Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις ἢν μὴ νοῦς παρῇ.
Vbi deest mens, disciplina nil iuuat.

Ἥδιστόν ἐστιν εὐτυχοῦντα νοῦν ἔχειν.
prudentia inter prosperas res dulcis est.

Ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι πράσσοντες καλῶς.
Aliquando sors bona illi cui mens nõ (bona.

Ὁ παρ᾽ ἡλικίαν νοῦς μῖσος ἐξεργάζεται.
Odiosa præcox semper est prudentia.

Συνετὸς πεφυκὼς φεῦγε τὴν κακουργίαν.

Prudentia ad maleficiũ ne abutitor.

Ἄριστόν ἐστι πάντ᾽ ἐπίστασθαι καλά.

Honesta scire cuncta præstantissimũ.

Ἀεὶ κράτιστόν ἐστι τὸ ἀσφαλέστατον.

Est optimũ semper quod est tutissimũ.

Οὐ πανταχῇ δ᾽ ὁ φρόνιμος ἁρμόττειν δοκεῖ.

Prudens uir omni haud aptus est negotio.



ΕἸΣ ΦΥ͂ΣΙΝ.

DE NATVRA.

Ἠ δοῦσα πάντα καὶ κομίζεται φύσις.
Natura recipit omne quod donauerit.



Ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.
Natura superat omne doctrinæ genus.



Φύσιν πονηρὰν μεταβαλεῖν οὐ ῥάδιον.
Natura fuerit praua uix mutabilis.



ΕΙΣ ΧΡΟΝΟΝ.

DE TEMPORE.

Πάντ᾽ ἀνακαλύπτων ὁ χρόνος πρὸς φῶς φέρει.

Omnia reuelans tempus in lucem eruit.

Ἀλλ᾽ δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

At veritatem tempus in lucem extrahit.

Χρόνῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται.

Est tempus opifex atque iudex omnium.

Sed suprà habem⁹ in titulo εἰς νόμον, id est De lege, Νόμῳ τὰ πάντα γίγνεται καὶ κρίνεται, id est, Omnia lege fiunt & iudicantur: vt altera illa lectio sonat ad verbum, Tempore omnia fiunt & iudicantur. nam differunt vnica voce hi versus. Sed ego veriorem lectionem esse puto χρόνῳ.

Σύμβουλος οὐδείς ἐστι βελτίων χρόνου

Cōsultor homini tempus vtilißimus

Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος.
An iustus aliquis, tempus id solum indicat.

Χρόνος δ' ἀναιρεῖ πάντα, καὶ λήθην ἄγει.
Obliuionē tempus affert omnium.

Μακρὸς γὰρ αἰὼν συμφορὰς πολλὰς ἔχει.
(legitur etiam φέρει)
Est longa uita plena multis casibus.



ΕΙΣ ΧΡΕΌΟΣ.

DE DEBITO.

Ἀπ᾽ ἐὰν ἀπόδος ἄνθρωπε, καὶ λήψῃ πάλιν.

Reddas quod est datum, ut iterũ detur tibi.



Τὰ δανεῖα δούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ.

Fœnus frequẽter liberos seruos facit.



ΕΙΣ ΨΕΥΔΟΣ.

DE MENDACIO.

Ψευδόμενος οὐδεὶς λανθάνει πολὺν χρόνον.

Diu latere non queunt mendacia.

Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς καὶ χρήσιμος.

Mendacium odit qui vir est frugi & sapit.

Ψεύδους καταβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται.

Mēdacij ortus hominibus vita lues.

ΕἸΣ ΨΌΓΟΝ.

DE VITVPERIO.

Ἤθους δικαίου φαῦλος οὐ ψαύει λόγος.

Attingere probos verba non queunt mala.

Νικᾷ γὰρ ἀεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα.

Calũnia solet opprimere quod eminet.

Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.

Laudare & infamare eundem, est improbi.



ΕΙΣ ΨΥΧΗ'Ν.

DE ANIMA,
ſeu
DE ANIMO.

Ψυχὴν ἔθιζε πρὸς τὰ χρηστὰ πράγματα.

Tuus fac animus rebus aſsueſcat bonis.

Hunc verſum eſſe vllius comici Græci, minimè eſt veriſimile. Eſt enim hoc dictum ſimile potius Pythagoricis illis præceptis quæ habemus in carminibus cognominatis aureis. Verùm vt exquiſita non eſt hæc ſententia, ità ne c exquiſitis verbis comprehenſa. Quæ multo etiam magis dici queunt de verſu qui vulgo inter alios ordine alphabetico digeſtos huic ſubiungitur, hoc nimirum,

Ψυχῆς ἐπιμελοῦ τῆς σεαυτοῦ κατὰ δύναμιν.

Quod ſonat ad verbum, Animi tui (ſeu Animæ tuæ) curam gere pro viribus. Hæc certè ſententia præterquam quòd ab omni comœdiæ argumento aliena eſt, verbis etiam iis incluſa eſt quæ ab ea prorſus abhorrere videntur.

Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.

Ægra medela mentis est oratio.

Si sumptus est ex aliquo comico hic versus, non dubiũ est quin eius autor, quicunque is sit, voluerit Æschyli versum paucis immutatis vsurpare. Legimus enim apud eum in Prometheo vincto, pag. 27 meæ editionis,

Οὔκουν Προμηθεῦ τοῦτο γινώσκεις, ὅτι
Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

Sed pro ὀργῆς legi ψυχῆς apud Plutarchum, eámque lectionem multo esse potiorem, docui in illis quas illius editionis calci adiunxi annotationibus.



ALII SENARII VERsus qui inter superiores leguntur.

ΕἸΣ ΒΟΗΘΕΙΑΝ.

DE AVXILIO.

Ἀνὴρ γὰρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν.

Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον.

Hos versus ita vertit Erasmus in prouerbio, Manus manum fricat, *Vrbs seruat vrbem, seruat itidem vir virum.*

Manus manum, digitúmque digitus abluit.

Videtur autem cohærere duo isti versus, non continere duas sententias quarum vtraque monosticha sit, id est, vno comprehensa versu. Si autem dicamus posteriore versu continuari sententiã prioris, perinde fuerit (opinor) ac si diceretur, Ἀνὴρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν, ὥσπερ χεὶρ χεῖρα νίπτει &c. Vir seruat virũ, & ciuitas ciuitatẽ, mutuũ sibi ferẽtes auxilium, sicut quũ manus manum lauat, & digitus digitum. Est porro verisimile aliquem (quicũque is fuerit) his prouerbialibus

verbis, Χεὶρ χεῖρα νίπτει, seu νίζει' aut κνίζει, adiunxisse verba ista, δάκτυλός τε δάκτυλον (pro quibus malè in nonnullis exempl. καὶ δάκτυλος δάκτυλον) ad senariũ absoluẽdum. Sic verò & Epicharmus his verbis, Ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίζει, addidit, δός τι καὶ λάβοις τι.



IN TITVLO ΕἸΣ ΒΟΥΛΗ͂Ν, id est DE CONSILIO.

Σοφοῦ παρ' ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν.

Σοφὴ σοφῶν γὰρ γίνεται συμβουλία.

Consultor ille sit tibi uir qui sapit.

Sapientis etenim consilia sapientia.

Cohærere videntur & isti versus, non autem diuersas efficere sententias. nec enim negare quisquam possit quin his verbis, A viro sapiente consilium accipe, (vt sit προσδέχου pro δέχου positum) aptè subiũgatur, Sapiens enim est sapientum consilium.

Ἱερὸν ἀληθῶς ἐστιν ἡ συμβουλία.

Dare consilia, res prorsus & verè sacra est.

Nulla mendi vestigia huic senario subesse videmus. quo fit vt potius conuenire dicendus sit cũ Lucianico quàm cum Xenophonteo loco. ita enim Lucianus in dialogo qui ῥητόρων διδάσκαλος inscribitur, ἀλλὰ οὐδεὶς φθόνος ὦ παῖ, καὶ μάλιστα ὁπότε ἱερὸς τις αὐτὸς ὤν,

ὀρεγόμενος τῶν ἀρίστων, καὶ εἰδὼς ὅθεν ἂν ταῦτα ἐκπορίσαιτο, ἱερόν τι χρῆμα τὴν συμβουλὴν οὖσαν, καθάπερ νῦν σύ, τοῦτο αἰτοίη προσελθών. At vero apud Xenophontem legitur ἡ λεγομένη ἱερὰ συμβουλή. Videtur tamen & in Luciani loco minus generaliter accipi.

Σύμβουλος ἐσθλὸς, μὴ κακὸς, γίγνου φίλοις.

&

Σύμβουλος ἴσθι τῶν ἀγαθῶν, μὴ τῶν κακῶν.

Sonant hæc, Consultor bonus sis amicis, non malus: &, Consultor sis rerum bonarum, non malarum. Quæ sententiæ eodem pertinentes, vel potius idem significantes, fingere videntur, & planè esse indignæ quæ vlli ex Græcis comicis adscribantur.

ΕἸΣ ΓΈΛΩΤΑ.

DE RISV.

Γελᾷ δ᾽ ὁ μωρὸς κᾂν τι μὴ γελοῖον ᾖ.

Ridet fatuus & nulla causa quum subest.

Non vni adscribitur hoc dictum quod prouerbiale est.

Γέλως ἄκαιρος ἐν βροτοῖς δεινὸν κακόν.

Malum graue est ridere nō in tēpore.



ΕΙΣ ΔΗ͂ΜΟΝ.

DE POPVLO.

Ἰσχυρὸν ὄχλος ἐστὶν, οὐκ ἔχει δὲ νοῦν.
Robusta res est turba, mente sed caret.

Vereor ne hic versus sit Euripidis, quum apud eum in Hecuba legamus itidem,

Δεινὸν τὸ πλῆθος, ξὺν δόλῳ τε δύσμαχον.

Cæterùm non video cur is qui sub certis titulis has μονοστίχους sententias dispoſuit, potius εἰς δῆμον, quam εἰς ὄχλον scribere debuerit.



ΕΙΣ ΔΟΞΑΝ.

DE GLORIA.

Καλῶς ἀκούειν μᾶλλον ἢ πλουτεῖν θέλε.

Famam lubenter opibus anteponito.

Hic versus habetur & suprà in titulo εἰς πλοῦτον: sed quia cæteris duobus qui huic εἰς δόξαν adscribūtur, magis insignem sententiam continere videtur, ideo hîc eum repetere non piget.

Κενῆς δὲ δόξης οὐδὲν ἀθλιώτερον.

Miserabilius est gloria uana nihil.

Ζήτει σεαυτῷ δόξαν ἐγκαταλιπεῖν.

Tibi studeto gloriam relinquere.

Hîc versus è numero est eorum quos futiles videri dixi, ac nomine veterum comicorum prorsus indignos. Sed quum veteres comicos dico, non eos intelligo solùm qui veteres ad differentiam aliorum vocantur, quum tria genera vel potius tres velut ordines eorum recensemus: sed, veteres appellans, ab iis poetis vel potius versificatoribus distinguere volo qui se-

culo nostro vicini fuerunt: quos etiam non puduit tanta in quantitate syllabarum uti licétia quantam hîc vides in ἐγκαταλιπεῖν. Futilem autem voco, non tam ad sententiam respiciens quàm ad verba quibus exprimitur. scimus enim alioqui veteribus solenne esse vnumquéque hortari ad suum nomen immortalitati commendandum.



ΕΙΣ ΔΟΥΛΟΥΣ.

DE SERVIS.

Δουλου δὲ χεῖρον οὐδὲν, οὐδὲ τοῦ καλοῦ.

Nil peius est seruo, vel eo qui sit bonus.

Tale est dictum istud in titulo εἰς γυναῖκας,

Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον, οὐδὲ τῆς καλῆς.

Nil muliere est peius, vel ea quæ sit bona.

Vter autẽ versus prior sit, haud facilè sciri potest: suspicor tamen potius ex illo Δούλου δὲ χεῖρον &c. factum esse hoc Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον, quàm contrá. Fuisse autẽ prouerbio receptum illud de seruo dictum. Quod loquendi genus Gallicè ita exprimeremus, *Le meilleur n'en vaut rien.*



Αὐτεῖ μοι δοῦλος δεσπότου μεῖζον φρονῶν.

Seruus molestus supra herum sese efferens.

Ὡς ἡδὺ δούλῳ δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν,

Quàm dulce seruo lenem herum nanciscier.

Alibi δεσπότην χρηστὸν verti commodum herum. à qua interpretatione ne hic quidem discessissem, si per mensuram mei versus ea vti mihi licuisset. Locus autem is vbi verti χρηστὸν, est hic, pag. 179,

Ὡς κρεῖττόν ἐστι δεσπότου χρηστοῦ τυχεῖν,
Ἢ ζῆν ταπεινῶς καὶ κακῶς ἐλεύθερον.

Sed huic vicissim loco non dubitarim alteram illam nominis χρηστοῦ interpretationem tribuere.

Εἷς ἐστι δοῦλος οἰκίας, ὁ δεσπότης.

Qui dominus ædium, vnus ille seruus est.

Hunc quoque versum alicubi legisse mihi videor citatum tanquam prouerbialem: & quidem hoc sensu, vt dominus domus dicatur solus verè seruus esse, respiciendo videlicet ad curas molestiásque domesticas quibus addictus est, ac seruire cogitur. Crediderim tamen & aliam esse posse horum verborum sententiam.



ΕΙ'Σ ΕΓΚΡΑ'ΤΕΙΑΝ.

DE CONTINENTIA.

Γαστρὸς δὲ πειρῶ πάσαν ἡνίαν κρατεῖν.

Frenis reprimere nititor uentrem omnibus.

Græcus ille versus cum aliquot aliis adscribitur Chareti à Stobæo: certè comicum nihil habet, aut ego valde fallor.

Ἡ κοιλία καὶ πολλὰ χωρεῖ κ᾽ ὀλίγα.

Vt multa uenter accipit, sic paucula.

Videtur huius versus autor intellexisse, vétrem, si multa ingeras, ea accipere: sed vicissim si pauca, pauca illa non recusare, nec plura petere. Perinde ac si diceret, Prout ventrem nostrum vel multis vel paucis cibis assuefacimus, talem eum esse.



ΕἸΣ ἜΠΑΙΝΟΝ.

DE LAVDE.

Φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε.

Dic laudem amici potius ipse quàm tuam.

De hoc quoque versu eadem ferè esse dubitatio potest quæ & de proximè præcedente. Eundem suprà habuisti, titulo εἰς φίλους. Rectius autem fortasse ad vnum eundémque titulum redacti fuissent qui sub hoc titulo & qui sub præcedente habentur versus, eo videlicet qui est εἰς δόξαν.



Τῶν σαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια.

Tuā caueto prędices laudem ipsemet.

Hic item versus iacere videtur, salubre alioqui præceptum continens: ad quod pertinet dictum illud, sed sua venustate non itidem carens, Laus in ore proprio sordescit.



Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.

Laudare & infamare eundem, est improbi.

De hoc versu nequaquam idem quod de proximè præcedentibus, dixerim, tum videlicet in illo numero ponendum videri qui futiles appellari possunt. Sed hoc certè nequaquam prætereundum censeo, quod hic ab improbitatu proficisci dicit, alios leuitati adscribere, seu imprudentiæ. vnde etiam Horatius postquam monuit,

Qualem commendas, etiam atque etiam aspice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorē.

addit,

Fallimur, & quondam non dignum tradimus.

Dixerat autem antea & Theognis,

—μήποτ' ἐπαινήσῃς πρὶν ἂν εἰδῇς,
Ὀργὴν, καὶ ῥυθμὸν, καὶ τρόπον ὅστις ἂν ᾖ.



ΕΙΣ ΕΡΩΤΑ.

DE AMORE.

Ἔρωτα παύει λιμὸς, ἢ χαλκοῦ σπάνις.

Amorem inopia sedat, aut sedat fames.

Alii pro ἢ χαλκοῦ σπάνις dixerunt εἰ δὲ μὴ, χρόνος. legitur enim ille versus & ita scriptus,

Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος.

adiunctum etiam habens istum,

Ἐὰν δὲ τούτοις μὴ δύνῃ χρῆσθαι, βρόχος.

Adscribuntur autem ambo Crateti, cum ab aliis tum à Diogene Laertio. Ego certè hunc (cuiuscunque sit) Ἔρωτα παύει λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος, priorem esse puto illo, in quo scribitur ἢ χαλκοῦ σπάνις. Nec dubito quin is qui dixerat λιμὸς, εἰ δὲ μὴ, χρόνος, voluerit λιμοῦ appellatione comprehendi etiam χαλκοῦ σπάνιν. Huc pertinet Ouidianum illud. *Nō habet vnde suum paupertas pascat amorem.* Necnon iste senarius, Οὐδεὶς προσαιτῶν βίοτον ἠράσθη βροτῶν. qui seorsim quidem affertur inter μονοστίχους γνώμας, sed inuenitur tamen & iunctus aliis, vt suprà videre potes.

Γέρων ἐρασὴς, ἐσχάτη κακὴ τύχη.
Senex amore captus, vltimum malũ.

Inter locos Menandri affertur & hic, eodem pertinens,

Οὐκ ἂν γένοιτ' ἐρῶντος ἀθλιώτερον
Οὐδὲν γέροντος, πλὴν ἕτερος γέρων
ἐρῶν.
Ος γὰρ ἀπολαύειν τοῦ ὕλεσθ' ὧν ἀπολείπεται
Διὰ τὸν χρόνον, πῶς οὗτος οὐκ ἔστ'
ἄθλιος;

(malè enim in quibusdam editionibus legitur γέρων ἐρῶ) Quorum versuũ hic est sensus, Nihil est miserius amante sene, nisi alius senex amans. Qui enim frui cupit iis quibus excidit per ætatem, quomodo hic miser non sit? Possis autem illud ὧν ἀπολείπεται reddere etiam, Ad quæ peruenire non potest, seu Quæ consequi nequit. Nisi quis malit, Quibus destituitur. At quidam ineptissimè vertit, Quæ abierunt. Cæterũm eadem est forma illius dicti, quæ & huius, quod eidem comico, nimirum Menandro, adscribitur:

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀθλιώτερον πατρὸς,
Πλὴν ἕτερος, ὧ ἢ πλειόνων πατήρ.

Atque vt hîc comparatio est patris cuiuslibet cum patre cui sunt

multi liberi, ita ibi senis cuiuslibet amantis cum sene amante quem ætas amore suo frui non sinit.

Φύσει πως εὐάγωγόν ἐστι πᾶς ἀνὴρ ἐρῶν.

Amans præbere se solet tractabilem.

Omissus fuit Græcus ille versus ab eo qui μονοστίχους γνώμας collegit, quem tamen habet Stobæus in capite περὶ ἀφροδίτης πανδήμου, καὶ περὶ ἔρωτος τῆς κατὰ τὸ σῶμα ἡδονῶν: tanquam ex ea Menandri comœdia sumptum quæ Nauclerus inscribebatur.

Πολλοῖς ὑπέκκαυμ' ἐστ' ἔρωτος μουσική.

Plerisque fomes est amoris musica.

Hunc ibidem affert ex Menandri Thesauro. Eodem certè pertinet hic Ouidii versus,

Pro lena multis vox sua sæpe fuit.

Ὀργὴ φιλούντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.

Est ira nulla amantium durabilis.

Erasmus autem sic,

Pusillo amantum durat ira tempore.

Hunc etiam affert Stobæus ibidem ex Menandro. Legimus verò in hanc sententiam & apud Terentium, *Amantium iræ, amoris redintegratio est.* Et apud Publianum, *Discordia fit charior concordia.*



ΕΙ'Σ ΕΥ'ΓΕΝΗ͂.

DE NOBILI.

(Sed commodius scriptum fuisset, Εἰς δυσγένειαν, sequẽdo quidem præcedentium titulorum formam)

Ἀνὴρ ἄριστος οὐκ ἂν εἴη δυσγενής.

Quicunque præstans est vir, haud ignobilis.

Fortasse pro ἄριστος reponi aliud nomen debet, quum hoc non solùm περὶ τοῦ ἀρίστου, sed & de eo, qui simpliciter sit ἀγαθὸς, dici queat, si verum est solam virtutem esse nobilitatem. At suprà, nullos esse δυσγενεῖς, alio argumento probatur, & eo quidem iocoso.



ΕΙΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ,

DE PIETATE erga Deum.

Θεὸν σέβου, καὶ πάντα πρά'ξεις ἐνθέως.

Numen colenti cuncta numen diriget.

In aliis exemplaribus legitur ἀθέως, cuius lectionis facilior quidē est interpretatio, sed non æquè idoneus esse videtur sensus. Vicissim tamen ἐνθέως hac in significatione, quam ei hîc dedi (& qua sola aut cui similis conuenire isti loco videtur) nouū esse aliquis obiecerit. Ego certè alibi legere me non memini, quin tamen significare id possit, minimè dubito. Quòd siquis alteram illam lectionem huic præferens, ita legere malit,

Θεὸν σέβου καὶ πάντα πρά'ξεις ἀθέως,

ita vertat,

Deum colēdo cuncta facies protinus.

Hunc autem versum ab aliquo qui comicis antiquis multo fuerit posterior, & nostris quàm illorum tēporibus multo vicinior, scriptū fuisse, persuasum habeo.

Θνητὸς πεφυκὼς, μὴ φρονῆς ὑπὲρ θεά.
Ne supra numẽ sapere mortalis stude.

Ne hanc quidem sententiam, vllius ex comicis esse crediderim: sic tamen vt antiquam esse negare nolim. Similis autem huic est ista, θνητὸς ὢν ἀθάνατα μὴ φρόνει.

Ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ λάλει καὶ μάνθανε.

Sonat hic versus ad verbum, De pietate loquere & disce: sed hic itidem mihi non videtur huiusmodi qui vlli comicorũ adscribi debeat. estque etiam suspectum in eo καὶ μάνθανε, nõ solùm quòd μάνθανε incommodè iungatur cum ὑπὲρ εὐσεβείας, sed etiam quòd μανθάνειν prius oporteat quàm λαλεῖν.

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ.

DE MEDICIS.

Πολλῶν ἰατρῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

Turba medicorum me frequentans perdidit.

Hunc versum (quicunque sit eius autor) veluti per parodiam factum arbitror ex isto Euripideo,

Κακῶν γυναικῶν εἴσοδός μ' ἀπώλεσεν.

Ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος.

Medicus loquax, secundus ægro morbus est.



ΕἸΣ ΚΡΥ΄ΦΙΑ.

DE OCCVLTIS.

Ἀφεὶς τὰ φανερὰ, μὴ δίωκε τἀφανῆ.
Aperta linquẽs, perſequi noli abdita.

Ἢ μὴ ποίει τὸ κρυπτὸν, ἢ μόνος ποίει.
Quod vis latere, ne fac, aut ſine teſtibus.

Hoc de verſu idem dico quod de aliis pleriſque iam dixi, eum videlicet nequaquam mihi videri eſſe vllius ex veteribus comicis.

Ὑπόνοια, δεινὸν ἐστὶν ἀνθρώποις κακόν.
Suſpicio graue mortalibus cunctis malum.

Videri alicui poſſit ad hunc titulum minimè pertinere hic verſus, quẽ alioqui ideo hîc locũ inueniſſe puto, quòd ſuſpicio ſit de rebus quæ adhuc nobis ſunt abditæ & incompertæ.



ΕἸΣ ΛΙΜΟ'Ν.

DE FAME.

Λιμῷ γδ οὐδὲν ἔςιν ἀντειπεῖν ἔπος.
Fami vlla verba contradicere haud potes.

Erasmus autem ita reddidit,
Contra famem etenim nulla contradictio est.

Videtur autem fuisse prouerbialis ille versus.in quam sententiam dictum etiam fuit, γαςὴρ οὐκ ἔχει ὦτα, id est, Venter nō habet aures. Venter (inquit Seneca) præcepta non audit, poscit, appellat. Non est autem molestus creditor, paruo dimittitur: si modò das illi quod debes, non quod potes. Quæ vltima verba conueniunt cum illo versu quem habet titulus εἰς ἐγκράτειαν, videlicet Ἡ κοιλίη καὶ πολλὰ χωρεῖ κ᾽ ὀλίγα. Ideo autem illud dictum περὶ λιμοῦ, id est de fame, ad γαςέρα seu κοιλίαν pertinet, quòd λιμὸς nihil aliud ibi sit quàm ἡ λιμώττουσα γαςήρ, id est venter famelicus. de quo multa ex Homero suprà.

Λιμὸς μέγιςον ἄλγος ἀνθρώποις ἔφυ.
Fames dolorū maximus mortalibus.

Id contrnat Homerus suis istis versibus, Οδ. μ.

Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Sic autem in alio quem mox proferam senario, videbis λιμὸν appellari χαλέπατον.

Πολλῶν δ' ὁ λιμὸς γίνεται διδάσκαλος.

Fames docere multa mortales solet.

vel,

Fame magistra multa cōminiscimur.

vel,

Commenta multa nobis suggerit fames.

Erasmus autem addidit epithetum improba, sic reddens,

Magistra multorum improba existit fames,

Sitne autē comici alicuiº an tragici versus ille, mihi cōpertum non est: sed & prouerbialem & antiquū esse constat. Quò pertinent ista Persii,

Magister artis, ingenique largitor Venter.

At Erasmus affert etiam ista Ouidiana, tāquam eodem & ipsa pertinentia, *Ingenium mala sæpe mouēt*

ſed quicũque locum Ouidii in quo hæc ſcripta ſunt, expendet, aliena eſſe ab illo prouerbiali verſu comperiet, ac potius cum his eiuſdem poetæ conuenire,

--grande doloris
Ingenium eſt, miſeriſque venit ſolertia rebus.

Fateor tamen ita poſſe excuſari Eraſmum, vt quod Ouidius in genere de malis ſeu calamitatib⁹ ac doloribus pronuntiat, id malo iſti tanquam ſpeciei accommodetur.

Γαστὴρ ἄναλτος καὶ νεῶν εὗρεν δρόμους.
Ventris voracitas ratẽ etiam repperit.

Hunc verſum inueni apud Gregorium Nazianzenum, oppidoquam elegantem, & nullo alio minus dignum qui locum hic inter alios obtineat. comici enim potius quàm tragici eſſe ſuſpicor, qui in voce *ἄναλτος* ad locũ iſtum Homericũ reſpexerit, vel potius eã ex illo mutuatus ſit, qui legitur Odyſſ. ρ.

--ἀλλὰ πτώσσων κατὰ δῆμον,
Βούλεται αἰτίζων βόσκειν ἣν γαστέρ' ἄναλτον.



ΕΙ'Σ ΜΕ'ΘΗΝ.

DE EBRIETATE.

Ὁ πολὺς ἄκρατος μίκρ' ἀναγκάζει φρονεῖν.

Multum meracum pauca sapere nos facit.

Καλὸν τὸ νήφειν ἢ τὸ πολλὰ κραιπαλᾶν.

Est crapulante melior is qui sobrius.

De hac ſententia (ſi modò ſententiæ appellatione dignum cenſeri debet hoc dictum) idem quod de aliis nonnullis ſuprà, dicere cogor: futilem nimirũ videri, & quæ vlli Græcorum comicorum adſcribatur, prorſus indignam. Alioqui eò tandem veniendum erit vt vocemus ſententiam, ſeu γνώμην, Melius eſt iuſtum eſſe quàm iniuſtum. Melius eſt prudentem eſſe quàm ſtultum: denique Virtus melior eſt vitio. Sed & illud καλὸν pro κάλλιον, nimis durum eſt.



ΕἸΣ ΤῸ ΜΈΛΛΟΝ.

DE FVTVRO.

Οὐδεὶς τὸ μέλλον ἀσφαλῶς βουλεύεται.

Haud de futuro tuta quis deliberat.

Atqui quæ alia quàm de futuro esse deliberatio potest? Existimo igitur deprauatum fuisse hunc versiculum, & pro μετ' ὀργῆς (vt alibi scribitur) irrepsisse τὸ μέλλον. quam lectionem arripuit is qui hos sub certis titulis digessit versiculos, nullo adhibito iudicio, vt nec in aliis plerisque adhibuisse illũ videmus. At de hac lectione,

Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται,

(quem versum ita reddidi, *Haud tuta in ira consilia capi queũt*) dubitare nemo potest quin dictum istud quotidiana probet experientia.

Θνητὸς πεφυκὼς τοὐπίσω πειρῶ βλέπειν.

Nitere, homo quum sis, prouidere in posterum.

Μένει δ' ἑκάστῳ τοῦθ' ὃ δεῖ μέλλει παθεῖν.

Quodcunque quis paſſurus eſt, id eũ manet.

Μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομ', ἀλλ' ἃ συμφέρει.

Contingat id quod expedit, non quod volo.

Huc pertinet pulcherrima illa precandi formula apud Platonem in Alcibiade poſteriore, ex poeta quodam quem non nominat, petita,

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
Ἄμμι δίδου· τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξεις.



ΠΕΡῚ ΜΕΤΑΝΟΙ͂ΑΣ.

DE POENITENTIA.

Ἡ δὲ μετάνοια γίγνετ' ἀνθρώποις κρίσις.

Prudentiores pœnitentia efficit.

Sonant Græca illa, si verbum verbo reddatur, Pœnitentia autem fit (vel, est) hominibus iudicium. Quo significari opinor, iudicium ex pœnitentia nasci. id est, Eum quem pœnitet, tum melius iudicare de ea re quam fecit aut dixit, quàm iudicarit antea: quippe qui suum errorem agnoscat.



ΕἸΣ ΜΗΤΡΥΙΆΝ.

DE NOVERCA.

Δεινότερον οὐδὲν ἄλλο μητρυιῆς κακόν.

Vllum nouerca grauius haud vsquã malum.

Ideo Hesiodus *μητέρα* opposuit *μητρυιῇ* (nam & apud eum Ionica declinatio habetur) in hoc versu,

Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

quod ita quidam reddidit,

Ipsa dies quandoque parens, quãdoque nouerca est.



ΕΙΣ ΠΙΣΤΙΝ.

DE FIDE.

Μὴ πάντα πίστευε πᾶσι πιστεύειν ἀεί.
Credēda cunctis esse cuncta ne putes.

Pertinet ſententia huius ſenarii ad dictum illud Epicharmi paſſim celebratum, νῆφε, καὶ μέμνησο ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. Cuius dicti meminit Quintus Cicero in ſuo libello De petitione conſulatus, Quamobrem Ἐπιχαρμεῖον illud teneto, neruos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere.



ΕἸΣ ΠΛΕΟΝΕΞΊΑΝ.

DE CVPIDITATE habendi plus aliis.

Ἰσότητα δ' αἱροῦ, πλεονεξίαν φύγε.
Æqualia esse aliis pete, nec habere plus.

De hac voce πλεονεξία dixi suprà, pag. 169, in sentētia cuius primus versus est, Πλεονεξία μέγιστον ἀνθρώποις κακόν. sed ibi peculiarius accipitur pro cupiditate habendi aliena. Fateor autem eius vim à me non esse expressam, licet id dixerim quod vox sonat. Ei autem qui apta periphrasi vim eius assequi vellet, ex Græco vno versu duo Latini faciendi essent.



ΕΙΣ ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΣΥΝΗΝ.

DE IIS QVI SE CVRIOSE implicant negotiis nihil ad se pertinentibus.

Πολυπραγμονεῖν ἀλλότρια μὴ βούλου κακά.

Ne sis alius curiosus in malis.

Nisi quis malit hanc interpretationem, licet duriusculam, *Ne curiose inquire alius in mala.* Etenim ne hoc quidem scio, an dici queat, Curiosum esse in malis alius, pro Curiose inquirere de malis alius, seu alienis. Manifestum est certè πολυπράγμονι opponi ἀπράγμονα hoc in versu, Εἴτις ἂν, ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς. Quod consilium dans & Cicero, ita scribit De off. libr. primo, Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, miniméque esse in aliena republ. curiosum. Non dubito autem quin in duobus istis versibus, qui ibidem habentur, id est sub eodem titulo,

Τὸ πολλὰ πράττειν, οὐδ᾽ ἀπανταχοῦ σαφεῖν·

Τὸ πολλὰ πράττειν, καὶ λύπας πολλὰς ἔχειν·

non dubito (inquam) quin & in hisce versibus πολλὰ πράττειν sit idem quod πολυπραγμονεῖν. Itidémque alicubi memini me legere cuidam πολυπράγμονι obiectum, πολλὰ πράττεις ἄνθρωπε. Qui autem interiicitur versus inter primum & hos duos, hic videlicet,

Πολλοὶ σχολὴν ἄγουσιν εἰς τὰ χείρονα, significat, *Plerisque suppetit otiũ tres ad malas*. seu ad deteriora, vertendo ad verbum. Non video autem quomodo ad titulũ illum pertineat.



ΕΙ'Σ ΣΥΝΕΙ'ΔΗΣΙΝ.

DE CONSCIENTIA.

Βροτοῖς ἅπασιν ἡ συνείδησις θεός.
Deus hominibus est conscientia omnibus.

Multa de conscientia dicta fuerunt suprà, cnm quibus hanc sententiam confer. Aliquando certè suspicatus sum θεὸς pro quapiam alia voce irrepsisse.



ΕΙΣ ΤΕΧΝΗΝ.

DE ARTE.

Λιμὴν ἀτυχίας ἐστὶν ἀνθρώποις τέχνη.

Ars est hominibus portus infortunij.

vel,

Ars calamitatis portus est mortalibus.

Erasmus autem ita reddit,

Ars ipsa inopiæ portus est mortalib⁹.

Id est (inquit) Vnicum confugiū in egestate ars est Quibus addit, Vnde qui sapiunt, etiam si suppetat abundè res familiaris, tamen liberos suos opificiū aliquod discere cogunt: quò, si contingat vt fortuna auferat opes, aut in exilium ire iubeātur, sit quo sibi victum parent. His subiūgit & dictum prouerbiale, quod huic esse ait simillimū, sua cuique ars pro viatico est. Hæc ille. quem miror generale vocabulum reddidisse speciali, (vt ita loquar) quum ἀτυχίαν vertit Inopiam. Vt autem hîc λιμὴν ἀτυχίας, sic alibi παραμύθιον ἀτυχίας appellatur, ab Amphide nimirum in his versibus,

Οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἀτυχίας ἀνθρωπίνης
Παραμύθιον γλυκύτερον ἐν βίῳ τέχνης.

Quorum versuum, simúlque duorum proximè sequentium interpretationem habes suprà, pag. 15. Extant verò & Hipparchi quidam versus laudantis τέχνην, quòd ea permaneat, fortuna cætera eripiente. Denique Menander ipse alicubi βίου ἀσφάλειαν appellauit τέχνας, sicut in portu scimus esse ἀσφάλειαν nauigantibus. Extant alioqui & in contrariam sententiam quidam quorundam comicorum versus aduersus τέχνας.

Τύχη τέχνην ἔτικτεν, οὐ τέχνη τύχην.

Sors est repertrix artis, haud illius hæc.



ΕἸΣ ΤΙΜΗ'Ν.

DE HONORE.

Τιμώμενοι γὰρ πάντες ἥδονται βροτοί.
Honore gaudet affici se quilibet.

Ad δόξαν, & τιμὴν, ac ἔπαινον pertinentia, quæ sub tribus titulis posita fuerunt, ad vnum potius referri debuissent. Cæterùm esse verum quod hîc dicitur, eleganter docet Cicero in oratione pro Archia poeta, vbi posteaquam dixit, Trahimur omnes laudis studio, & optimus quisque maximè gloria ducitur, subiungit, Ipsi illi philosophi etiã in illis libellis quos de contemnẽda gloria scribunt, nomen suũ inscribũt: in eo ipso in quo prædicationem nobilitatémque despiciunt, prædicari se ac nominari volunt.




ΕἸΣ ὝΒΡΙΝ.

DE INIVRIA.

Ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νοῦν λόγος.
Vt corpus ensis, verba mentem sauciant.

Habuisti hunc versum & suprà, videlicet titulo εἰς λόγον. Possit autem & ad titulum εἰς ψόγον aptissimè referri est enim λόγος ψογερὸς qui mentem sauciat.



Δύσμοιρος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακήγορος.
Si calamitosus, esse maledicus caue.

Græcus versus ad verbum sonat, Calamitosus sis potius (vel infortunatus) quàm maledicus. Sed ego sensum illum aptiorem esse existimaui, & quem tamen verba Græca ferre possint: perinde videlicet ac si diceretur, Si calamitosus es, noli etiam esse maledicus, & ne committas vt non iam vir calamitosus seu infortunatus, sed vir maledicus appelleris. Plerunque enim calamitosi queruli sunt, & quidem in immerentes etiam querelas ac maledica verba iactantes. Interdum verò & inuidia (quum suam tam

aduerſam ſortem cum aliorum tam proſpera conferunt) maledicentiam illis extorquet. Niſi fortè putandum eſt hæc dici ab eo qui moneat calamitoſum quempiam vt malit in calamitatibus ſuis permanere, quàm, ſpe vlla propoſita, maledicentia vti, eorum videlicet more qui venalem habẽt linguam. Sed hoc meum commentum mihi ipſi parum placet.

Οὐδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.

Nihil graue accidit, niſi tibi vendicas.

Ita hunc verſum eſt interpretatus Eraſmus in ſuis Adagiis. ſunt alii qui vertant, ſoluta oratione, Nihil paſſus es mali, niſi tibi adſciueris. Sed ego illum ſequi malim, ac præſertim eius expoſitionem: quæ eſt huiuſmodi, Nemini fieri iniuriam, ſi eam exiſtimet ad ſe non pertinere. (Citat autem Diogenianum, qui mihi ad manum non erat quum hæc ſcripſi) ſed malè ſcribit προσποιεῖς pro προσποιῇ. Quod erroris genus familiare eſſe Eraſmo obſeruaui, vt videlicet actiuã vocem pro paſſiua actiuam habẽte ſignificationẽ vſurpet.

Sic in alioprouerb. Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς, Lydum in planitiē prouocas, pro προκαλῇ. Et in alio, ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυ' ἀποκρίνεις, Ego tibi loquor de alliis, tu respondes de cepis. quum manifestum sit scribendū esse ἀποκρίνῃ. Cuius erroris lectorem moneri, è re illius esse existimaui.



ΕΙΣ ΥΠΕΡΗΦΑΝΙΑΝ.

DE SVPERBIA.

Ὅτ' εὐτυχεῖς μάλιστα, μὴ μέγα φρόνει.

Minus insolesce quo magis res prospera.

Hunc versum ponendum etiam censui in titulo εἰς εὐτυχίαν, vtpote ad quem non minus pertinere videatur.



Ἀλαζονείας οὔτις ἐκφεύγει δίκην.

Pœnam arrogantię effugit nemo suæ.

Pro ἐκφεύγει legitur etiam ἐκφύγοι. quam lectionem sequendo sensus erit idem, videlicet, Haud quisquam effugerit, id est Effugere possit, subaudiendo ἄν.



ΕΙΣ ΥΠΝΟΝ.

DE SOMNO.

Ὕπνος δὲ πᾶσιν ἐστὶν ὑγεία βίου.

Somnus hominibus est sanitas vitæ omnibus.

Non video quo iure γνωμικὸν appellari possit hoc dictum. Qnum autem simile sit hoc illi superiori, & ex eadem officina prodiisse videri possit, Ὕπνος πέφυκε σώματος σωτηρία, debui & illud in hunc locum reseruare.



ΕΙΣ ΦΙΛΟΥΣ.

DE AMICIS.

Φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή.

Mores amici noueris, non oderis.

Quum hac interpretatione reddatur prorsus ad verbū versus Græcus, & concinna etiam sit, aliam quærendam minimè existimaui. Affertur autem illa ex Porphyrione in Horatium. Cæterùm hic versus Græcus à me in præcedentibus non relectus in alium fuit locum, sed omissus.

Ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως.

Res est iniqua sponte amicos lædere.

At hic Græcus versus, seu potius huius versus sententia, frigere quodammodo mihi videtur, sicut & aliorum quorundam quos suprà indicaui.

Εἰς ἀχαριστίαν, id est De ingrati animi vitio.

Ἅμ᾽ ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.
Simul & misertum est, interiítque gratia.

Ita vertit Erasmus verba hæc, afferens tanquam prouerbialia. Ait autem celebrari in eandem sententiam & hunc versum.

Ἀεὶ δ᾽ ὁ σωθεὶς ἐστὶν ἀχάριστος φύσει.
quem ita reddit,
Seruatus vsque ingratus est & immemor,

Necnon istum, Μετὰ τὴν δόσιν, & c. quem habes suprà, pag. 195.

Ἀχάριστος ὅστις εὖ παθὼν ἀμνημονεῖ.
Ingratus ille qui beneficij immemor.

Non video quid γνωμικὸν habere dici possit hoc dictum.

Χάριν λαβὼν ὀφείλεσον, ἐν καιρῷ δίδου.
Dato tẽpore & loco, vt datũ tibi fuit.



DE INTERPRETATIONE PRAECEDENTIUM γνωμῶν quæ μονόστιχοι vocātur, dissertatio Henr. Stephani.

De hac interpretatione dicturus, lubenter ab antiquo prouerbio sumam initium, πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾷόν ἐστιν ἢ μιμήσασθαι. id est, Multa cauillari (seu carpere, aut irridere) facilius est quàm æmulari. Nec enim dubito quin nonnulli ex illis meis versibus quorũ singulis singulos Græcos reddidi, suos μωμητὰς habituri sint. Sed ii si prorsus sint ἄμουσοι, videant ne aliud illis prouerbiale dictum obiiciatur, ὗς τὴν Ἀθηνᾶν, id est Sus Mineruam: sin & ipsi hasce Musas amāt, & hæc eadem illarum studia excoluerunt, eos rogatos velim vt nõ tātùm μωμητὰς sed μιμητὰς etiam se præbeant: eundémque & ipsi laborem suscipiant, ac tum demum de meo iudicent. Sed ita quidem vt in eodem labore iisdem quoque legibus se adstringere non recusent. id est, non longius à Græcis verbis in sua interpretatione Latina discedant quàm me discessisse vidēt. Aut etiam (si libet) meã in-

X.i.

terpretationem cum Erasmicis ſeõ ferant, nec ſe minus æquos illis q̃ his præbeant. Vt autem illas quærendi labore cosſleuem, exempla proferam: : incipiens à prouerbiali verſu,

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει.

Hunc ita reddit Eraſmus,

Lædit, iuuat nil, improbi munus viri.

Quis non videt hîc adhibitam eſſe moleſtam auribus repetitionem, idque implendi tantùm verſus gratia? Repetitionem inquam non aliam, quàm ſi dicerẽ, vir eſt probus, non improbus. Atqui his ego modis reddi potuiſſe dico, nec in illud nec in vllum aliud incidendo vitium,

Prodeſſe dona non queunt viri improbi.

Vel,

Infructuoſa dona ſunt viri improbi.

vel,

Haud fructus vllus improbi donis ſubeſt.

vel,

Viri iuuare nil ſolent dona improbi.

vel,

Haud vlla munus improbi fert commoda.

vel,

Inutilia ſunt improborum munera.

Idem verò hunc verſum,

Πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος,

ita interpretatur,

Magistra multorum improba existit fames.

vbi vides addi Improba ad implendum versum,& vsurpari Existit pro Est, quum alioqui posset nihil addendo aptè reddi, & quidem non vno modo: ita videlicet,

Magistra nobis est fames ad plurima.

vel,

Fame magistra multa comminiscimur.

vel,

Commenta multa suggerit nobis fames.

Vel,

Fames docere multa mortales solet.

Nec verò grauiter esse peccatum dico, addendo illud Improba: sed peccatum tamen, præsertim quum id quod hîc dicitur, faciat quodammodo ad laudem famis potius quàm ad vituperium. Adde quòd Multorum ambiguitate nõ caret. Potest enim non solùm pro Multarum rerum, sed & pro Multorum hominum, accipi. Alicubi etiã duos Latinos versus ex vnico fecit: vt,

Ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.

Fortuna quibus inuidit aspera viuere,

Hos indecorum ac turpe velle viuere:

Ego contrà nusquam hoc mihi permisi. quòd si alicubi permittere voluissem, at non in hoc versu certè, nec aliis in quibus idem fecit, ea libertate vtendum censuissem: quum commodè versus versu reddi possit: vt ille Græcus Latino isto à me est redditus,

Vitam inuidente sorte turpe viuere.

Potuissem autem & ita interpretari, eodem sensu,

Est vita turpis illa quam sors inuidet.

Necnon ita, à contrario,

Fortuna vitam quum inuidet, tunc pulchra mors. vel, *tūc mors decēs.* vel, *decens mori.* aūt, *decora mors.*

Quinetiam hoc modo, magis ad verbum, licet durius,

Est turpe viuere sors quibus id inuiderit.

Idem sibi permisit Erasmus & in huius versus interpretatione,

Σὺν τῷ θεῷ πλεῖν, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. (ita is habet pro πλέοις) nam sic eum vertit,

Quisquis secundo nauigarit numine,
Is vel saligno nauigarit vimine.

At ego vno versu Latino vnius Græci sensum assequutus mihi videor, ita reddens,

Deo fauente, vimen est ratis loco.

Alicubi non duos versus Latinos ex vno Græco facit, sed vnum & vnius dimidium. vt quum hunc versum,

Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν,
sic vertit,

Facilius est monere, quàm situm in malis,
Animo imperare.

Ego ita, versu vno contentus,

Patientiam suadere facile; non pati.

Idem fecit & in huius interpretatione,

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει.

ita enim hunc versum reddidit,

Præclare, si mortalis es, mortalia
Fac cogites.

At ego vno versu illa inclusi,

Mortalia modò cogita, vt mortalis es.

Alicubi tamē vni versui duplex interpretationis genus dedi, interpretando & vno versu, & duobus. vt quum hunc,

Φίλος φίλῳ γὰρ συμπονῶν, αὑτῷ πονεῖ,
reddidi primùm quidem ita,

Sibi laborat ipsi, amico qui suo:
deinde verò & his duobus,

Quicunque amico collaborarit suo,
Ille sibi eadem tunc laborarit opera.

sed hâc posteriorē interpr. mihi seruaui. Vt autem alia omittā multa, quæ licet Erasmus sibi in suis in-

terpretationibus permisit, ego cōtrà permittere mihi nolui, sciendum est eum, vbi plures sunt versus, aliquorum verborum vnius interpretationem in alterum reiecisse: etiam vbi vitari id potuit. vt quum prouerbiales hosce versus,

Ἅπαντες ἐσμὲν εἰς τὸ νουθετεῖν σοφοὶ,
Αὐτοὶ δ᾽ ἁμαρτάνοντες οὐ γινώσκομεν,

ita vertit.

In admonendo sapimus omnes, verùm vbi
Peccamus ipsi, non videmus propria.

Potuisse autem id vitari, mea ostendit interpretatio: quæ est huiusmodi,

Alios monere, si quid errent, nouimus,
Errata at ipsi nostra nō cognoscimus.

At verò quæ sunt circa quantitatem syllabarum ab eo peccata, ea nequaquam dicere ausim voluisse illum sibi permittere, sed potius ei excidisse, ac multis eius occupationibus condonari debere. De iis autē versibus nō loquor in quibus culpa in typographum reiici potest: (quórum è numero est hic, *Huic qui laborat, numen adesse assolet*: quo versu reddit istum Græcum, Φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός.) Sunt verò & nonnulla quę an per imprudentiam an con-

fultò ita scripserit, meritò quis dubitet. vt,

Ægroto animo medicus est oratio, (quibus interpretatur hæc Græca, Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι) si quidem hîc in Ægroto animo non fit elisio, quæ aliorqui huiusmodi in locis fieri solet. Quam autem Erasmo veniam horum aliorúmque huiusmodi lapsuum peto, eãdem & mihi, si qui huiusmodi in meis occurrant, dari cupio: vtpote inter non pauciores occupationes (inter maiores fortasse) & ad typographicam etiam clepsydram, hæc, sicut & alia ferè omnia, scriptitanti. Ad illum quidem certè versum quod attinet, *Tempestiua aliqua ni voluptas sit, nocet*, non per imprudentiam, sed de industria in secunda sede dactylo sum vsus, quod licet vox illa Tempestiua facere me coegerit, non tamen sine aliquot Græcorum versuum exemplo feci. Et de his quidem hactenus.

VISVM est autem & aliorum quorundam versuum Erasmicas interpretationes meis adiungere, ex singulis prouerbiis ad quæ singulos refert, petitas, vnà cum prouerbiali, dicti explicatione, siquam ille breuem & aptam addit: eademque opera quæ dum illos

interpretarer, obseruaui, hic annotare.

PAG. CXC.

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ διδοῖ θεός.

Erasm⁹ in prouerb. Malis ter mala, ad hoc pertinere versum illum existimat, quem ita reddit,
Viro bono bona largiuntur cælites.

PAG. CXCI.

Ἡ γλῶσσ' ἁμαρτάνουσα τἀληθῆ λέγει.

Idem in prouerb. In vino veritas, illam affert γνώμην, tanquam eodem pertinentem, atque ita eam interpretatur,
Verum solet prolapsa lingua dicere.
Et subiungit, Nam verum esse creditur quod exciderit imprudenti, quandoquidem id demum vacat fictionis suspicione. Ex huiusmodi lapsu colliguntur & omina certioris fidei,

Sæpe Neoptolemi pro nomine nomen Orestis
Exit, & errorem vocis vt omen amo.

Denique M. Tullius in Topicis inter ea quæ certam faciunt fidem, commemorat pueritiã, somnium, imprudentiam, vinolentiam, insaniam.

PAG. CXCII.

Δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

Idem in prouerb. Iterum eundem ad lapidem offendere, huc refert & sententiam illam: quam ita reddit, *Sapiẽtis haud est bis in eodem labier*. Hæc ille. Animaduertendum est autem, ficut dicitur in illo versu, οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ εἶναι δὶς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν, id est, Non esse viri sapientis, idem bis peccare: ita dicere Gregorium in quadam epistola, prouerbium cõcedere μόνοις τοῖς ἀνοήτοις, (id est solis insipientibus) δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίειν, id est, bis ad eundem lapidem impingere. Videtur itaque duobus modis efferri solitum prouerbium: nimirum vel his verbis quæ senarium efficiunt, Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰσκρούειν λίθον, (cuius versus interpretationem modò protuli ex Erasmo) necnon illis, aut aliis similibus, Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον εἰσκρούειν, (seu προσκρούειν, aut προσπταίειν) ἀνοήτου ἐστὶν, aut ἀνοήτων. Cæterùm eodem referre possumus & hoc dictum, συγγνώμη τῷ πρῶτον ἁμαρτάνοντι.

PAG. CXCV.

Μὴ τὴν δόσιν τάχιστα γηράσκειν χάρις.

Idem in prouerb. Simul & misertum est, & interiit gratia, versum illum tanquam eodem pertinentem affert, cum hac interpretatione,

Post munus ilico consenescit gratia.

Hunc quoque affert ibidem,

Χάριν λαβὼν μέμνησο, καὶ δοὺς ἐπιλάθου.

ita vertens,

Memineris accepti, dati obliuiscere.

Additque, Senecam in moralibus idem docere, Beneficii accepti meminisse oportere, dati obliuisci. Hæc Erasmus. quibus adiici possunt hi duo versus ex autore distichorum quæ moralia vocantur,

Officium alterius multis narrare memento,
Ast aliis postquam benefeceris ipse, sileto.

PAG. CXCVIII.

Ἀνὴρ ἄβουλος εἰς κενὸν μοχθεῖ τρέχων.

In prouerb. Frustra currit, (quod exponit, Frustra laborat: sumptam esse dicens metaphoram ab iis qui in studio cursu certant) affert hunc versum, ita eum reddens,

Temerarius labore currit irrito.

At ego in mea interpretatione sensum potius quàm verba expressi:

PAG. CCIII.

Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Idem in prouerb. ἀντιπελαργεῖν, (quod esse dicit Mutuam officii vicem rependere, maximè nutricandi fouendíque eos à quibus aliquando fueris enutritus, aut institutus) Porrò huiusmodi officium, quod liberi vicissim in parentes collocant, Græci vnico verbo dicunt, γηροβοσκεῖν, seu γηροτροφεῖν, & γηροκομεῖν. Extat in hanc sententiã huiusmodi senarius,

Ἐγχρονίως βιώσεις, &c.

id est,

Viuax eris, senes parentes confouens.

PAG. CCV.

Θάλασσα καὶ πῦρ, καὶ γυνή, κακὰ τρία.

Circunfertur (inquit idem) apud Græcos, & hic trimeter prouerbialis,

Πῦρ, καὶ θάλασσα, καὶ γυνή, κακὰ τρία

id est,

Ignis, fretúmque, & mulier, hæc mala tria.

Nã incẽdio (inquit) nihil formidabilius, mare itẽ periculosissimũ est.

PAG. CCXI.

Τῶν δυστυχούντων εὐτυχῶν οὐδεὶς φίλος.

In prouerb. Viri infortunati procul amici, inter alia dicit idem, In hanc sententiam extat & huiusmodi senarius, Τῶν δυστυχ. &c.

id est,

Felix amicus nullus infelicibus.

Sed hæc interpretatio ambiguitate carere non videtur. Intelligi enim potest, nullum esse amicum felicem infelicibus, id est, neminem esse feliciter amicum, seu, non felicem esse amicitiam illam quæ initur cum infelicibus. Ideo malui reddere,

Hand misero amicus ille qui beatus (est.

IBIDEM.

Δρυὸς πεσούσης πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται.

Idem in prouerbio, Arbore deiecta quiuis ligna colligit, ita reddit illum versum,

Excete quiuis ligna colligit arbore.

Addit autem, meminisse huius prouerbii scholiastem Theocriti, sed pro πεσούσης scriptum habere παρούσης: quam lectionem mendosam esse existimat: rectè id quidem. Quod autem ad huius allegorici dicti explicationem attinet, subiungit, Siquem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, & quisque quod potest diripit. iam enim sibi putãt impune fore. Exemplum huius adagionis est apud Iuuenalem de Seiano.

PAG. CCXII.

Θεοῦ δ᾽ ἄτερ οὐδεὶς ἀτυχεῖ βροτῶν αὐτῶ.

Similis vel eadem potius est hu-

ius senarii sententia,

Θεῶ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.

quem Erasmus ita vertit,

Felicitas datur deûm homini munere.

Ego ita,

Si quis beatus, munus illud est dei.

Item hoc modo,

Quicunque felix, munere est felix dei.

IBIDEM,

Τῷ γὰρ καλῶς πράσσοντι πᾶσα γῆ πατρίς.

Idē in prouerb. Quæuis terra, patria, illum prouerbialem versiculum sic vertit,

Solum omne patria prosperè quicunque agit.

Quod duriusculè dictum est pro Ei quicunque prosperè agit. Ego duobus modis hunc senarium reddidi, ita videlicet,

Terra omnis illi patria cui res prospera.

Et hoc modo,

Solū omne patria rem gerentibus benè.

Addit autem ille ex Cicerone Tusc. quæst. li. 5. Itaque ad omnem rationem, Teucri vox accommodari potest, Patria est vbicunque est bene. Sed & alium senarium Græcum ex Aristoph. Pluto, vbi non solùm idem dicitur quod in priore illo, sed & eodem loquendi genere: videlicet,

Πατρὶς γάρ ἐστι πᾶσ' ἵν' ἂν πράττῃ τις εὖ.

Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι.

Hunc versum ita interpr. (in prouerb. Semper feliciter cadunt Iouis taxilli)

Quàm facilè semper res cadunt potentium.

Atque ita valde diuersam sententiam tribuit huic senario ab ea quam illi mea dat interpretatio ac propemodum cõtrariam. Quod etiam ostẽdit eius expositio. postquam enim dixit, hæc prouerbialia verba, Semper feliciter cadunt Iouis taxilli, dici esse solita in eos quibus res omnes perpetuo quodam fortunæ fauore ex animi sententia cederent: his, inquam, aliisque paucis subiungit ista, Sunt qui putent quadrare in eos qui factis suis dignas pœnas dependerint, quasi Ioue nõ sinẽte culpam inultam. Mihi videtur non absurdè dici posse & in viros fortunatos ac prępotentes, quorum etiam parum rectè factis applauditur, attestante versu prouerbiali, Ὡς εὐκόλως &c. Hæc ille. At ego persuadere mihi nequeo, πίπτειν illo accipi modo in isto versu: quum & alter ille vsus huius verbi sit multo vsitatior, & γνώμην efficiat non minus insignẽ, vel insigniorem potius.

PAG. CCXIIII.

Ἄνθρωπος ἀτυχῶν σώζεθ' ὑπὸ τῆς ἐλπίδος. vel,

Ἀνὴρ ἀτυχῶν σώζεται ταῖς ἐλπίσι.

Spes seruat hominem rebus in duris bona, vt vertit Erasmus in prouerbio, Spes seruat afflictos. qui & hæc Nasonis affert,

Spes bona dat vires, animum quoque spes bona firmat.

Viuere spe vidi qui moriturus erat.

PAG. CCXVI.

Δῶρον παρ' ἐχθροῦ μήποθ' ἡγήσῃ φίλον.

In prouerb. Hostium munera non munera, ita reddit hunc versum,

Ab hoste dicta ne vnquam amica duxeris.

Sic autem & versum proximè sequentem,

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν μήποτ' ἂν πάθοις βλάβην, interpretatur,

Diffisus hosti nil feres vnquam mali.

Ego inimicum dicere malim quàm hostem, generaliore vocabulo vtens (sicut ἐχθρὸς generalius est quàm πολέμιος) licet alioqui interdum Hostis latius etiã accipiatur. Quũm tamen in priore versu inimico dixissem, in posteriore vsus sum datiuo Hostibus, quum aliam interpretationẽ excogitare nõ vacaret. at nũc ista mihi in mẽtẽ venit,

Fidere inimico si caues, damno cares.

PAG. CCXVII.

Ζῆν αἰσχρὸν οἷς ζῆν ἐφθόνησεν ἡ τύχη.

Erasm⁹ ex hoc Græco versu duos Latinos fecit (vt antea dixi) hos videlicet,

Fortuna quibus inuidit aspera viuere,
Hos indecorum ac turpe velle viuere.

Atqui posse commodè vno versu reddi, idque variè, docui antea.

IBIDEM.

Πάντες καλῶς ζῆν ἐθέλομεν, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

In prouerb. Vt possumus, quãdo vt volumus non licet; hunc versum interpretatur, idque eodem modo (nimirum itidem verbum verbo reddens, quod in hoc versu facile fuit) nisi quòd dicit Volumus, non Cupimus. Affert autem & istum versum tanquam eodem pertinentem,

Βουλόμεθα πλουτεῖν πάντες, ἀλλ' οὐ δυνάμεθα.

quem ita reddit,

Omnes cupimus, at non licet ditescere.

Non dubito autem quin isti versus manarint ex illo,

Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα.

aut etiam in istis allusum sit ad illum. quem Erasmus ita reddit,

Non

Non vti libet, sed vti licet, sic viui- mus.

Qui versus mollior futurus videtur, si vtrobique scribatur Vt pro Vti.

PAG. CCXXI.

Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

Erasmus in prouerbio Reperit deus nocentem, ita vertit illum versum,

Plagam deorum nullus hominum suffugit.

Vbi vide & alios eodem pertinentes locos.

PAG. CCXXIII.

Καιροῦ τυχὼν γὰρ πτωχὸς ἰσχύει μέγα.

Idem in prouerb. In seditione vel Androclides belli ducem agit, eò pertinere dicit & illum versum Græcis prouerbii vice celebratum: quem ita reddit,

Mendicus etiã plurimũ in loco potest.

PAG. CCXXV.

Τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς πολλὰς ἔχει.

Hunc versum fuisse præcedenti proximum, & continuasse eius sententiam credibile est. Nemo certè quin aptè cũ illo cohæreat, negare potest. Cæterùm Erasmus in prouerbio, Lucrum malum æquale dispendio, affert hunc versum vt eòdem pertinentem: ità vertens,

At turpe lucrum adducit infortuniũ.

Ibidem & hunc affert,
Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἀεὶ φέρει, (sed scribit κέρδος πονηρὸν) quem sic reddit,
Dispendio usque est fraude quaesitum lucrum.

PAG. CCXXVII.

Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
Potes hunc versum & ita reddere, si vocem Graecam (qua tamen & Latini vsi sunt) retinere non libet,
Cuius notae sit aliquis, ex verbis patet.
Similis autem est vsus Graecae vocis χαρακτὴρ in isto Euripidis loco, in Hecuba,
Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς,
Ἐσθλὸν γενέσθαι. At Erasmi interpretatio non placet, χαρακτῆρα reddentis figuram, quum prouerbialem illum versum ita vertit,
Hominis figura oratione agnoscitur.
Profert autem hunc versum in prouerbio Stultus stulta loquitur, (quod est ex istis Euripideis, μωρὰ γὰρ μωρὸς λέγει.) Sed melius cum illo prouerbiali versu conuenit hoc dictum quod est itidem παροιμιακὸν, Qualis vir, talis oratio: (ex Aristide, οἷος ὁ τρόπος, τοιοῦτος καὶ ὁ λόγος) Melius, inquam, conuenit, vt-

pote generalius. nam hoc dictum, Stultus stulta loquitur, est velut exemplum illius generalis sententię. Quod & de hoc dicere possumus, Effœminatorum oratio quoque effœminata.

IBIDEM.

Ἰσχυρότερον δέ γ' οὐδέν ἐστι τοῦ λόγου.

Huic versui iunctus erat fortasse vel potius contiguus, is qui eum proximè sequitur in collectaneis γνωμῶν μονοστίχων. est autem hic, Λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος.

IBIDEM.

Ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.

Hunc versum videri potest Horatius interpretari voluisse isto,

Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.

Extat autem idem dictum vnà cum comparatione, duobus versibus cõprehensum, sub Menandri nomine,

Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον,

quos Erasmus ita reddit,

Nec durus ulli emissus è manu lapis,
Neque sermo lingua, facilè compesci ualet.

Ego autem sic:

Retineri ut à te non potest iactu-

lapis,
Sic ore uerba emißa quæ semel sunt.

PAG. CCXXXIII.

Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχώροις καλόν.

Est ἐγχώροις positū pro ἐγχωρίοις seruiendo metro. Sed nec ἐγχώριοι νόμοι seu ἔθνοι tam est vsitatum quàm ἐπιχώριοι. Sic Aristophanes in Pluto monet viuendum esse ἔθνοις ἐπιχωρίοις, id est Moribus regionis. Quod præceptum quidam apud eum in Ranis ita diligenter obseruare conatur, vt etiā ianuā pulsaturus, roget quis in ea regione sit pulsandæ ianuæ mos. In vulgi ore est hic versus Latinus incerti autoris, cum illo Græco conueniens (sed crassa alioqui Minerua scriptus)

Quum fueris Romæ Romano viuito more.

Erasmus in prouerbio, Polypi mentem obtine, item in prouerb. Lex & regio, affert quædam ad eūdem Græcum versum pertinentia, sed de illo tacens: quod miror.

IBIDEM.

Βίας παρόντος οὐδὲν ἰσχύει νόμος.

Reddidi & hoc modo,

Lex vbi adhibetur, nulla lex quicquam potest.

Necnon isto,

Vbi locus est violentiæ, nil lex potest.

Huc autem pertinet dictum illud Ciceronis, in oratione pro Milone, Silent enim leges inter arma. Quibus subiungit, Nec se expectari iubent, quum ei qui expectare velit, antè iniusta pœna luenda sit quàm iusta repetenda.

PAG. CCXXXIII.

Ξένος ὢν ἀπράγμων ἴσθι, καὶ πράξεις καλῶς.

Pulchram huius carminis expositionem habemus apud eundem Ciceronem, De off. lib. 1, Peregrini autem & incolæ officium est, nihil præter suum negotiu agere, nihil de alio inquirere, miniméque in aliena esse rep. curiosum.

PAG. CCXXXV.

Πλάνη βίον τίθησι σωφρονέστερον.

In hoc nomine πλάνη eos omnino πλανᾶσθαι existimo qui interpretantur Lapsus. quæ tamen interpretatio habetur & in editione Morelii.

PAG. CCXXXVI.

Ὅρκον δὲ φεῦγε, κἂν δικαίως ὀμνύῃς.

Tale est hoc Isocratis, sed non tam latè patens, ἕνεκα δὲ χρημάτων μηδένα θεὸν ὀμόσῃς, μηδ᾽ ἂν

ἀμερκεῖν μέλλης.

IBIDEM.

Ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γράφε.

Interpretatus sum hunc versum & ita,

Scribito in aqua quæcunque iurat improbus.

At Erasmus sic, (in prouerbio In aqua scribis)

Hominum improborum inscribe ius-iurandum aquæ.

Addit autem, id ita deprauari à Xenarcho in Pentathlo, apud Athenæum libro 10,

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω. id est,

Inscribo vino siqua iurat fœmina.

At Catullus dixit scribere in aqua, itidem vt in illo versu Græco habemus εἰς ὕδωρ γράφε. extat enim hoc eius tetrastichon,

Nulli se dicit mulier mea nubere malle,
Quàm mihi: non si se Iuppiter ipse petat.
Dicit: sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento & rapida scribere oportet aqua.

Cæterùm vt hic In aqua scribere, ita illic εἰς ὕδωρ γράφειν, non est Operam perdere, seu Nihil agere (vt Erasmus explicat hæc prouer-

bialia verba, aliã expositionem nõ addens) sed pro vano habere, & nihili æstimare, ideóque non dignari scribere, vt eius permaneat memoria.

PAG. CCXL.

Ἀναφαίρετον κτῆμ᾽ ἐστὶ παιδεία βροτοῖς.

Idem de virtute dictum à plerisque fuit. In quam sententiam hæc à Cicerone perquam elegãter scripta sunt paradoxo vltimo, Etenim si isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magno æstimant, quòd ei generi possessionum minimè quasi noceri potest: quanti est æstimanda virtus quæ nec eripi nec surripi potest vnquam? nec naufragio, nec incendio amittitur? nec tempestatum nec temporum permutatione mutatur? Eodem pertinet Stilponis responsum ad Demetrium regem, à Plutarcho in libro De liberorum educatione, commemoratum his verbis, pag. 9 meæ editionis, *καί μοι δοκεῖ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς φιλόσοφος ἀξιομνημόνευτον ποιῆσαι ἀπόκρισιν, ὅτε Δημήτριος ἐξανδραποδισάμενος τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατέβαλε, καὶ τὸν Στίλπωνα ἤρετο μή τι ἀπολωλεκὼς εἴη. καὶ ὅς, Οὐ δῆτα, εἶπε. πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ τὴν ἀρετήν.* id est, Vnde

memoria dignũ mihi videtur esse à Stilpone Megarensi philosopho datũ respõsũ. Demetrius enim quũ eos qui in vrbe erant, in seruitutẽ abduxisset, (vel sub corona vendidisset) deinde solo eam æquasset, Stilponẽ num quid amisisset interrogauit. Tum ille, Nequaquã profectò, inquit. nam virtus bello spolium esse non potest.

IBIDEM.

Ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ.

Interpretationis loco huic versui esse possunt isti Ouidiani, lib. 2 de Ponto, eleg. 9,

Adde quòd ingenuas didicisse fideliter artes,
Emollit mores, nec sinit esse feros.

Idem verò canit & lib. 1, el. 7, his versibus,

Artibus ingenuis (quarum tibi maxima cura est)
Pectora mollescunt, asperitásque fugit.

PAG. CCXLI.

Καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά.

Est & alia lectio, videlicet *σφόδρα* pro *σοφὰ*, quã ego per imprudẽtiã sequutus sũ in mea interpretatione, quũ alioqui eam præferrem quæ habet *σοφά*. quod verbũ exprimetur, si ita hunc versum reddas,

Discere aliquid sapiens, honestum est & seni.

IBIDEM.

Ὁ σοφὸς ἐν αὐτῷ περιφέρει τὴν οὐσίαν.

Huius dicti materiam præbuit fortasse Biantis responsum, quo dixit se sua omnia secum portare. Cicero Parad. 1, Necnon sæpe laudabo sapientem illum Biantem (vt opinor) qui numeratur in septem: cuius quum patriam Prienam cepisset hostis, cæterísque ita fugerét vt multa de suis rebus asportarent, quum esset admonitus à quodam vt idem ipse faceret, Ego verò, inquit, facio. nam omnia mea mecũ porto. Quibus subiungit, Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidé putauit, quæ nos appellamus etiam bona.

PAG. CCXLIII.

Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.

Idem testatur & Euripides in Phœnissis, scribens,

–πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ. quæ verba subiunguntur istis,

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα,
Δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.
Ἁγὼ μεθ' ἥκω δεῦρο, μυρίαν ἄγων
Λόγχην.

Vbi animaduerte & quod dicitur de opibus hoc versu, Δύναμίν τ

πλείστην, &c. conuenire itidem cum illo, quem habebis infrà, titulo εἰς πλοῦτον, Δυνάμεις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα. Non est autem vero absimile, huic versui aut alii cuipiam huiusmodi subiunctum fuisse illum Πενία δ᾽ ἄτιμον &c.

IBIDEM.

Τῶν γὰρ πενήτων εἰσὶν οἱ λόγοι κενοί.

Eadem de re queritur apud Stobæum Menander, his versibus,

Εὐκαταφρόνητόν ἐστι Γοργία πένης
Κἂν πάνυ λέγῃ δίκαια.

Huc pertinet & ille Euripideæ Hecubæ versus,

-- λόγος γὰρ ἔκ τ᾽ ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

quos ita reddidit olim Ennius,

Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta eadémque oratio æqua non æquè ualet.

Erasmus sic,

- quòd à leuibus profecta oratio,
Et à probatis, non idem ualet eadem.

Ego ita,

Ignobilis enim uerba celebris & uiri,
Licet eadem, non pondus obtinent idem.

vel,

Inglorii etenim uerba, celebris & uiri,
Eadem &c.

vel,

Nam uerba honorati uiri ac inglorii
Eadem &c. Nam Cicero honoratū & ingloriū inter se opponit, vt δοκοῦντας & ἀδοξοῦντας ab Euripide opponi videmus. At quod ignobiles ἀντὶ ἀδοξούντων, & opulentos ἀντὶ δοκούντων dixit Ennius, Gellio non placet. ait enim non videri satisfacere sentētiæ. Et addit, quia neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι, neque omnes opulenti εὐδοξοῦσι. Sed quid Gellio responderi posse videatur, dixi in meo Thesauro linguæ Græcæ, in verbo Ἀδοξῶ. Certè siquid Ennius in hac interpretatione peccasse dicendus est, in eo potius peccauerit (mea sententia) ꝙ duobus verbis vsus sit minimè inter se oppositis, vt sunt Græca Euripidis. quod fecisset, si Inopes (aut Pauperes aut Egeni) cum Opulenti iunxisset. quod ego memini me aliquando in Gallica horum versuū interpretatione facere: quæ est huiusmodi,

Si du poure & du riche un mesme mot tu ois,
En ton endroit pourtant il n'est de mesme poids.

Huic certè interpretationi, simúlque illi Ennianæ, patrocinatur prouerbialis de quo nunc agitur senarius. nam si πενία ποιεῖ ἄτιμον καὶ τὸν ἄδοξον, quis alius apud vulgus ἀδοξεῖ quàm πένης? quis vicissim est δοκῶν, id est ἔνδοξος, quàm ὁ πλούσιος, id est opulentus, vt Ennius vertit. At non omnes opulenti ἔνδοξοι, inquit Gellius, (imò vero hi soli ἔνδοξοι apud vulgus) neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι. Imò ἀδοξεῖν prima sua significatione nihil aliud sonat quàm Ignobilem esse, seu Inglorium esse, magis ad verbum. hoc autem cum illo & à Cicerone copulatur. Eodem pertinet & iste versus, qui suprà, titulo εἰς ἀτυχίαν legitur,

Τὸν ἀτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.

Vt tamen verum fatear, & semel tandem quod sentio dicam, nô video cur is reprehensione dignus iudicandus sit qui pro celebri opulétum, pro ignobili seu inglorio pauperem dixerit: quum illi duo senarii Euripidis seorsum leguntur, id est, à cæteris qui præcedunt ac sequũtur, velut separati: at verò apud ipsum autoré nolim alia interpretatione quàm ad verbum, vti, (sicut & me vsum esse vides) præsertim quum ibi præcedat ἀξίωμα. Sic au-

tem & alii plerique autorum loci, si seorsim legantur, liberiorem interpretationem admittunt, quàm vbi cæteris sunt iuncti.

PAG. CCXLIIII.

Πενία δ' ἀγνώμονάς γε τοὺς πολλοὺς ποιεῖ.

Hic versus (vt docebo infrà) videtur excepisse istum quem habes tulo εἰς πλοῦτον,
Δυνάται τὸ πλουτεῖν καὶ φιλανθρώπους ποιεῖν.

PAG. CCXLV.

Δύναμις πέφυκε τοῖς βροτοῖς τὰ χρήματα.

Quanuis hîc dicatur simpliciter δύναμις πέφυκε τὰ χρήματα, minimè dubium est quin intelligi debeat idem quod apud Euripidem legitur in loco quem paulo antè protuli, itidem περὶ χρημάτων,
Δύναμιν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει.
Perinde est enim ac si diceret, Metiri oportet hominum potentiam ex pecuniis: vel (imitando satyrographum, *Quantum quisque sua nũmorum seruat in arca, Tantum habet & potẽtiæ*. Quòd si alioqui intelligas tãquam simpliciter dictũ, nummos afferre potentiam, frige-

bit hic ſenarius.

PAG. CCXLVII.

Ἀνὴρ πονηρὸς δυστυχεῖ κἂν εὐτυχῇ.

Hoc dictum cum ad alia reſpicere videri poteſt, tum ad eã improborum ſeruitutem de qua multa Cicero Parad. 5.

IBIDEM.

Ἀνδρὸς πονηροῦ σπλάγχνον οὐ μαλάσσεται.

Eſt & alia lectio, videlicet μαραίνεται. ſed lõgè accommodatiu m ihi viſum eſt μαλάσσεται, quum & μαλακὰς φρένας, ſeu μαλθακὰς, alicubi me legere meminerim.

PAG. CCXLVIII.

Ἀνδρὸς πονηροῦ φεῦγε συνοδίαν ἀεί.

Legitur & συνουσίαν pro συνοδίαν. ſed præterquam quòd hanc lectionem comprobat verſus qui proximè ſequitur, multo plus eſt vitare ipſam etiam συνοδίαν improbi quàm συνουσίαν.

IBIDEM.

Κακοῖς ὁμιλῶν, κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ κακός.

Idem teſtatur prouerbialis iſte ſenarius,

Χωλῷ παροικῆς κἂν ἐνὶ, σκάζειν

μαθοις.

id est,

Claudum prope habitans, claudicare mox scies.

Vel, vt Erasmus, duos ex vno faciés,

Clando uel uni si propinquus manseris,

Disces & ipse claudicare protinus.

Astipulatur & Theognis in hisce versibus, qui à Xenophonte etiam commemorantur,

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ διδάξεαι· ἢν δὲ κακοῖσι

Συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

Cæterùm ad imitationẽ illius versus scriptus fuit iste,

Σοφοῖς ὁμιλῶν καὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.

Nisi quis potius illum ex hoc factũ esse credat.

PAG. CCXLVIII.

Φθείρουσιν ἤθη χρῆσθ' ὁμιλίαι κακαί.

Eadem est huius versus quæ & præcedentis sententia. Affertur autem & à Paulo Apostolo epist. 1 ad Corinthios, capite 15. vbi memini me in vno ex vetustis exemplaribus, quorum collationem pater meus in consilium adhibuit quum Nouum Testamentum excudit, legere hæc verba margini adscripta, *Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ γνώμη ἐν Θα*

δία. vbi tamen meritò quis suspicetur scribendum potius Θαΐδι. ac certè (vt verum fatear) propemodũ oculos fugiebant postremæ huius vocis literæ. Cæterùm non dubium est quin vetus interpres ὁμιλίας malè reddiderit, Colloquia. quod tamen Erasmus retinere non dubitauit. Sed itidem in versu præcedente κακοῖς ὁμιλῶν vertendum esset Improbis colloquens. eadem enim vtrobique est ratio. Multo autem latius patere significationẽ nominis ὁμιλίας, quàm nominis Colloquia, atque adeo tam latè quàm Latinæ vocis Congressus, probatione minimè indigere puto. Sunt & qui Commercia interpretentur: sed minus mihi placet hoc quàm illud, quo etiam Tertullianus est vsus in interpretatione huius versus, libera alioqui. ita enim vertit,

Bonos corrumpunt mores congressus mali.

Sed eum tamẽ & altero illo nomine vsum esse fateor, eadem de re loquentem. Præcedunt enim illam interpretationem ista eius verba, Conuictum atque commercia deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per Apostolum, Bonos &c. Potest certè ὁμιλία reddi etiam Conuersatio: sed pluralis Conuersationes durior videri possit. Ne

Hoc quidem prætermittendum exi ſtimo, margini cuiuſdam exemplaris, ex iis quorum modò à me facta fuit mentio, eregione huius verſus Menandri adſcriptum fuiſſe hoc scholium, χρηστὰ, ἀντὶ τῶ κοῦφα. vt dicat Menander corrumpi malis congreſſibus leues mores. Sed quã uis leues homines facilius ex conuerſatione cum improbis nequitiã haurire poſſint quàm alii, non dubito quin χρηστὰ ἤθη ſint boni mores ſeu probi, ponantúrque pro antithetis χρηστὰ & κακαί. Alioqui nimium reſtringeretur hoc dictũ, & quidem contra id quod vel quotidie experimũr. Vt omittam, meritò deſideratũrum quempiam huius ſignificationis exemplum.

RAC. CCLII.

Εὔτολμος ἐστὶ χρῆμα, τολμηρὸς δὲ μή.

Audacia à Latinis interdum in mã lam, ſæpe & in bonam partem accipitur: ideóque hoc vocabulo libẽ ter abſtinuiſſem, ſi adfuiſſet aliud. Malui tamen ita circumloqui τολμηρὸς, vtendo nomine Audacia, quàm reddere Audax. Sed præceps audacia malit quiſpiam dicere fortaſſis: aut pro εὔτολμος quidem Audax, at τολμηρὸς reddere Temerarius.

Ἐν τοῖς κακοῖς δὲ τοὺς φίλους ἀπαρ-
γέτει.

Tale est hoc dictũ Euripidis in Oreste,

... τοὺς φίλους
Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.

id est (vt vertit Erasmus)

Iuuare amicos rebus afflictis decet.

Subiungit autem,

Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί χρὴ φίλων;
Ἀρκεῖ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων.

quos duos his tribus reddit idem,

Quorsum opus amicis, quum benignè
sors fauet?
Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,
Volens secundis adiuuare fauoribus.

Sed malim hosce tres Græcos totidem Latinis reddere, hoc modo,

Iuuare amicos in malis suis decet.
At nos deo iuuante, quid amicis opus?
Fauentem habere nam sat est nobis
Deum.

Huc autem pertinet & iste prouerbialis versus,

Μή μοι ποτ' ἔλθοις ὅταν ἐγὼ πράττω
καλῶς.

id est,

Ne nisi me tunc res secundæ quum
mihi.

PAG. CCLXI.

Κρίνει φίλους ὁ καιρὸς ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.

Tale eſt quod apud Ariſtotelem legitur, tanquam prouerbiale, χρόνον δεικνύναι τὸν φιλεύμενον. Naſo quoque comparatione hac vſus eſt lib. 1 Triſt. eleg. 4,

Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tēpore ſic duro eſt inſpiciēda fides.

Dixit autem Tempore duro pro eo quod videmus Ennium dixiſſe In re incerta, in hoc ſenario,

Amicus certus in re incerta cernitur.

At verò Theognis aliter vſus eſt cōparatione illa ſumpta ab auro quod probatur, in his verſibus,

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες
Γιγνώσκουσ᾽, ἀνδρὸς δ᾽ οἶνος ἔδειξε νόον.

PAG. CCLXII.

Πολλοὶ τραπέζης οὐκ ἀληθείας φίλοι.

Hoc & Theognis teſtatus eſt, his verſibus,

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι παυρότεροι.

IBIDEM.

Δεῖ τοὺς φιλοῦντας πίστιν οὐ λόγους ἔχειν.

Hunc senarium prætermisit Erasmus in prouerbio, Lingua amicus, id est (inquit) Qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut, qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione præ se fert. Ibidem affert ex Sophoclis Antigone,

Λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην.

PAC. CCLXIII.

Ὀργῆς χάριν τὰ κρυπτὰ μὴ κφαίνε φίλου.

Ira impelli homines nonnunquam ad effutienda quæ alioqui tacuissent, ostẽdit & Horatius, quũ scribit Epist. lib. 1,

Arcanum neque tu scrutaberis ullius unquam,
Commissúmque teges, & vino tortus & ira.

Quanta sint autem cum fidelitate nobis seruanda nostrorum amicorum arcana, monet & Isocrates, quum λόγων παρακαταθήκας magis seruari vult à nobis quàm τὰς τῶν χρημάτων. vbi obserua obiter & vocem hanc παρακαταθήκας, conueniẽtem cum verbo Commissa: quo vsus est Horatius, cum hîc, tum alibi: quum scribit,

Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Item,

Ille tegat commißa.

Sic & Cic. Tusc. quæst. lib. 2, An coli iustitia poterit ab homine propter vim doloris enuntiante commissa, prodente conscios? Vbi si meritò reprehenduntur qui propter vim doloris enunciant commissa, seu ἐκφαίνουσι τὰ κρυπτὰ, (vt loquutus est illius senarii autor) quanto maiore sunt reprehensione digni qui ὀργῆς χάριν id faciunt? Est autem dictum hoc ὀργῆς χάριν pro ὑπὸ ὀργῆς, non satis vsitato loquendi genere.

IBIDEM.

Φίλος με βλάπτων οὐδὲν ἐχθροῦ διαφέρει.

Huic similis est hic senarius,

Ἄκαιρος εὔνοι' οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

quem ita reddit Erasmus,

Par odio importuna beneuolentia.

vbi Importuna dicit pro Intempestiua, quo vsus est in altera ista interpretatione, Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt. Ibidem, Suidas (inquit) in voce ἄκαιρος narrat hoc versu Hippolytũ respondisse Phædræ nouercæ, dicenti se amore illius captam esse. Quadrabit in eos qui, dum officiosi student esse, non habita temporis ratione, nocent aut molesti sunt sedulitate. veluti qui nõ apto tem-

pore obiurgant amicum, aut qui immodicis & intempestiuis laudibus conciliant homini inuidiam: aut qui pecuniam suppeditant adolescenti qua fiat deterior. Fertur & alter huic consimilis, Φίλος μὴ βλάπτων &c. Huc respexit Horatius in epistolis,

Nil moror officium quod me grauat.

Rursum alibi,

Sedulitas autem quem stultè diligit, urget.

Hæc Erasmus: quibus addo, illi prouerbio respondere istud apud Plautum, *Nil homini amico opportuno amicius.* nam & horum verborum solet afferri ista expositio, Gratissimum esse officium quod præstatur in tempore: vt vicissim intempestiuum officium plerunque molestũ esse solet, atque adeo nihil differt ab inimicitia, intempestiua beneuolentia. Addo & tertium prouerbium, tanquam eodem pertinens, Καλόν γε δῶρον ἴσον ἐστι ζημία.

id est,

Est simile damno munus id quod est malum.

Qui prouerbio non absimile hoc Senecæ dictum, Sæpe nihil interest inter amicorum munera, & hostium vota. Quicquid illi accidere optant, in id horum intempestiua indulgẽtia impellit atque instruit. Quid autem turpius quàm quod

euenit frequétiſſimè, vt nihil interſit inter odium & beneficium? Adeo & quartum prouerbium,

Κακὸν τὸ καλὸν, ἐὰν τι μὴ καιροῦ τύχῃ.

Nam & hoc in eandẽ eſſe dictũ ſententiam manifeſtum eſt, licet latius patens: quum alioqui Eraſmus reſtringat, ſic interpretando, *Bonum, malum fit, tempore haud datum ſuo.*

Reſtringit (inquam) hac interpretatione, quum verbis illis pronuntietur generalius, Bonum eſſe malum quum eſt intempeſtiuum. nam *ἐὰν τι μὴ καιροῦ τύχῃ*, non aliud eſt quàm *ἐὰν τι ἄκαιρον ᾖ*. Eſſe autem nobis exemplo poſſunt cum alia multa, tum id quod de conſolatione legimus apud Æſchylum in Prometheo vincto, pag. 27 meæ editionis. Ibi enim quum dixiſſet Ocean' Prometheo,

Οὐκοῦν Προμηθεῦ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι

Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, (vel potius ψυχῆς, vt in annot. admonui) reſpondet Prometheus,

Ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,
Καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

id eſt (ſequendo quam habemus apud M. Tullium interpretationẽ, *Atqui Promethen te hoc tenere exiſtimo,*

Mederi orationem iracundiæ.

quibus respondetur à Prometheo,

- siquidem Quis tempestiuam medicinam admonens,

Non ægra nescens uulnus illidat manu.

vel(vt in aliis exempl.)

Non ad grauescens uulnus illidat manus?

Hîc autem aptissimùm habent locum versus isti Nasonis,

Temporibus medicina ualet. data tempore prosunt,
Et data non apto tempore uina nocent.
Quinetiam accendas uitia irritésque uetando,
Temporibus si non aggrediare suis.

Proximè autem præcedunt hi versus, in quibus peculiariter de tempestiua consolatione agitur, vt in illo Æschyli loco,

Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
Flere uetat? non hoc illa monenda loco est.
Quum dederit lacrymas, animúmque impleuerit ægrum,
Ille dolor uerbis emoderandus erit.

Probat autem hoc exemplo sententiam istam generalem,

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,
Respuit atque odio uerba monen-

tis habet.

PAG. CCLXIIII.

Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.

Potes hunc versum & ita reddere,
Vt sis beatus, est laborandum tibi.
vel sic.
Vis esse felix? hoc tibi labor dabit.
At sin ea quam habes interpretatione in illa pagina 264, est suo loco mota vox vna, videlicet accusatiuus Vitam. ita enim scribēdus est ille versus,
Laboret is uitam beatam qui cupit.

PAG. CCLXV.

Ὡς ἡδὺ τοῖς σωθεῖσι μεμνῆσθαι πόνων.

Extat & alia lectio, σοφοῖσι pro σωθεῖσι. quam miror sequutum esse Erasmum in prouerbio, Iucundi acti labores, quum prorsus à sententia huius senarii sit aliena: in quo non agitur de eo quod sapientibus solummodo, sed quod cunctis mortalibus dulce solet esse. Legitur autem & τὸν σωθέντα pro τοῖς σωθεῖσι, eodem sensu. Fuit porro eleganter expressa illa sententia istis verbis à Seneca,
Quod fuit durum pati, meminisse dulce est.
Testatur Cicero quoq; dictum suo

tempore fuiſſe in hunc ſenſum, Iucundi acti labores. ita enim ille De fin. bonorum & malorum, lib. 2. Quid ſi etiã iucũda memoriã præteritorum malorum? Vt prouerbia nonnulla veriora ſint quàm veſtra dogmata? vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Hinc & Flaccus,

- gaudent vbi vertice raſo
Garrula ſecuri narrare pericula nautæ. Extant & ab Homero in hanc ſententiam ſcripti verſus iſti,

-καὶ μετ' ἄρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Μνήμενος, ὅστις πολλὰ πάθοι καὶ πολλὰ ἔοργοι.

Et Odyſſ. ο,

Νῶϊ δ' ἐνὶ κλισίῃ πίνοντέ τε δαινυμένω τε,
Κήδεσιν ἀλλήλων τερπώμεθα λευγαλέοισι,
Μνωομένω. μετ' ἄρ τε καὶ ἄλγεσι τέρπεται ἀνὴρ
Ὅς τις δὴ μάλα πολλὰ πάθῃ καὶ πόλλ' ἐπαληθῇ.

Hinc Virg. *-forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.*

PAG. CCLXVI.

Ἔνιοι κακῶς φρονοῦσι, πράσσοντες καλῶς.

Sic & Theognis,

Πολλοί τοι χρῶνται δειλαῖς φρεσί, δαίμονι δ' ἐσθλῷ,
Οἷς τὸ κακὸν δοκέον γίγνεται εἰς ἀγαθόν.

PAG. CCLXX.

Χρέος δίκαιον ἄνδρα δεικνύει μόνος.

Ad huius dicti expositionem faciunt quædam à me allata in eum Philemonis locũ cuius initiũ est; Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν.

PAG. CCLXXII.

Ψεύδους καταβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται.

Legitur etiam ψεύδους διαβολὴ, item ψευδὴς διαβολή. quod ψευδὴς tolerabilius esset, si διαβολὴ pro καταβολὴ reponere vellemus. Tolerabilius, inquam, sed quod tamen parum mihi placeat: quippe cui abũdare videatur illud ψευδής. nisi quis διαβολὴ interpretari velit Accusatio. vt reddatur ψευδὴς διαβολὴ, Falsa accusatio, nõ Falsa calumnia, vt quidam verterunt. Sunt verò & qui cum nomine καταβολὴ scribãt non ψεύδους, sed ψευδής. quæ lectio & in vulg. lexicis Græc. habetur, vbi ineptissimè annotatur καταβολὴν in isto versu significare calumniam. Ego ψεύδους καταβολὴ lectionem omnium optimam existimans, non dubito quin καταβολὴ eo dicatur modo quo diceretur ψεῦδος καταβάλλεσθαι pro Mendacii velut fundamenta iacere, Mendacio dare ortum, & in rerum naturã illud producere, vt sic dicam.

Adeo vt perinde fit ac si quis ita loqueretur, Quicunque primus mendacium commentus est, is magnā humanæ vitæ cladem intulit. Experiantur tamen viri docti an aptiorem quampiā huius loci interpretatione m afferre possint: quum eam quæ καταβολὴ vult significare calumniam, meritò à me explodi, inficiari minimè queant.

PAG. CCLXIIII.

Ψυχῆς ἐπιμελοῦ τῆς σεαυτοῦ, καθαρὰ δίωκε.

Quod de hoc versu dico, idem & de aliis plerisque meritò dixerim. Atque adeo, vt veniam ad ea de quibus hîc verba me facturū promisi, sciendū est quædā inter hos morales senarios irrepsisse, seu inter has μονοστίχους γνώμας, quæ nihil dignum vllius veterum comicorum nomine habeāt, (qua de re admonui & antea in aliquot locis, addens, à me veterū comicorū appellatione omnes cōprehēdi quib[9] hoc nomē tributum fuit ante tempora nostris vicina, nō autē vt differentiam illam quæ & olim inter comicos statuebatur, significem) ac non solùm nihil nomine illorū dignum, sed ne γνωμικὸν quidem prorsus. quum autem iam aliquot quibus hanc notam apponendam

existimo, indicauerim, ex iis tibi faciendum de aliis relinquam iudicium. Hoc autem amplius dico, quædam esse quæ ne versum quidē efficiant, nisi violatis prorsum omnibus quantitatis syllabicæ legibus. Horum è numero sunt hęc verba titulo εἰς ἀτυχίαν,

Κατ' ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς ἀτυχεῖ.

Item titulo εἰς κέρδος,

Ζήτει συνάγειν ἐκ δικαίων τὸν βίον.

DE PHILEMONE comico, ex Gregorio Gyraldo.

Sequebatur Philemon nouæ comœdiæ poeta, vel (vt Apuleius ait) mediæ. patrem habuit Damonem, qui Alexandri regis tēporibus floruit, vndecima supra centesimā olympiade. Menandro paulo antiquior fuit, patria Syracusanus, si Suidæ stamus: at si Straboni, Pompeiopoli Ciliciæ vrbe natus, quæ & Soloe, à Solone philosopho condita, prius dicebatur.

Paulo pòst,

Miro verò quodam mortis genere Philemonē interijsse proditū est. namque (vt scribit Lucianus) quum septimum, vel (vt alij legunt) nonū & nonagesimū annū iam excessisset, recumbansque asinum ficos mandentē videret, vehementi est adeo risu percitus, vt quum domesticos conuocasset, iisque iussisset vt asello post ficos potum afferrent, eo tanto est risu percitus, ut morte solutus sit. Quam rem & Valerius Maximus recitat. tametsi hoc Chrysippo accidisse Laertius Diogenes scriptum reliquit. Ælianus verò in libro de prouidentia, aliā de Philemonis morte historiam affert.

Paulo pòst,

Verūenimuero L. Apuleius in Floridis, à reliquis de morte Philemonis

dissentit. quibus rebus ferè inducor vt diuersos huius nominis poetas fuisse autumẽ. ait enim Apuleius *(vt paucis longam eius historiã colligam) quũ pridie fabulam quandã ageret, repentino nimbo extremũ actũ agere illum non potuisse: postridie verò populus quũ fabulam expectaret; ipse domi repertus est mortuus.*

Paulo pòst,

Tum Piso,Nũ *(inquit) iste est* Philemõ *de quo* Gellius *scribit, quòd quũ Menander ab eo iudicum inuidia in certamine sæpius vinceretur, Menandrum illi dixisse,* Quæso*, inquã,* Philemon*, bona venia dic mihi, cum me vincis, num erubescis?* Et *de quo sic etiam* Fabius Quintilianus*,* Habent *(inquit)* & *alij quoque* Comici*, si cũ venia legantur, quædã quæ possis decerpere:* & *præcipuè* Philemon*, qui ut pranè sui tẽporis iudicijs Menandro sæpe prælatus est, ita consensu tamen omniũ meruit credi esse secũdus.* Ipse *idem est, inquã,* Piso*. num* & Apuleius *de eodẽ longè plura, quo superius dixi loco.* Sed *de* Philemone *iam satis colloquuti.*



EX PHILEMONE.

Ἀγαθῆς γυναικός ἐστιν, ὦ Νικοστράτη,
Μὴ κρείττον' εἶναι τἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπήκοον.
Γυνὴ δὲ νικῶσ' ἄνδρα κακόν ἐστιν μέγα.

INTERPR.

Proba uxor, ô Nicostrata, marito suo
Non debet esse superior, sed obsequens.
Nam graue malum uxor est superans
uirum suum.

Huc pertinent versus isti Euripidis in Andromacha,

Οἰκία δ' ἐν ᾗ πάντα προστεύει γυνὴ
Οὐκ ἔστιν ὅπως πώποτ' οὐκ ἀπώλετο.

Id est

Haud una salua mãsit unquã familia
Partes priores uxor in qua gesserit.

Sed eleganter tamen apud eundem in Troadibus dicit Hecuba se sciuisse in quibus vincere maritum, & in quibus vicissim à marito sinere se vinci deceret:

- ἤδειν δ' ἅ με χρῆν νικᾶν πόσιν,
Κείνῳ τε νίκην ὧν ἐχρῆν παριέναι.

Non dubium est autem quin res vna ex illis in quibus vincẽdum sibi maritum putabat, sit amor coniugialis. Memoratur & hoc recẽtioris cuiusdam dictum in eãdem sententiã, iocosam allegoriam habens,

aa.i.

Non placet mihi domus in qua gallina cantat, gallus tacet. Gallicè autem dicimus, *Tout se porte mal ou la fême parle plus haut que le mari.* Cæterùm quod de vxore, idem & de liberis dictum à veteribus fuit, nimirum à parentibus vinci, honestissimum illis esse. Quò pertinent hi versus Antiphanis apud Stobæum,

Τοῦ γὰρ πατρὸς κρατεῖν μὲν, αἰσχύνην
    φέρει,
Ἡττώμενον δὲ, δόξα νικητήριος.

id est,

Nanque esse superiorẽ patre turpe sit,
At vinci ab illo, splẽdida est victoria.

EX EODEM PHIL.

Ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει,
Φθόνον τε, κἀπήρειαν, καὶ μῖσος πολὺ,
Πράγματά τε πολλὰ, καὶ ὀχλήσεις μυ-
    ρίας,
Πράξεις τε πολλὰς, συλλογάς τε τοῦ βίου.
Εἶτα μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἀρέθη θανὼν,
Ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν
    οὐσίαν.
Ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἡδέως ἔχω,
Ἔχειν τε μέτρια, κἀμέριμνον ζῆν βίον.
Καὶ μήτ' ἔχειν με πλοῦτον, μήτε πρά-
    γματα.
Πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει
    κακά.

Obnoxię sunt plurimis opes malis,
Odiisque maximè & inuidię & opprobrijs,
Atque implicantur plurimis negotiis
Quę ferre curas ac molestias solent:
Post quas repentè diues ille mortuus
Alijs bona sua linquit ad luxum omnia.
Mihi igitur est inopia multo gratior,
Exiguáque inter, absque curis viuere
Malo, opibus ac molestiis carens.
Est nanque quisquis pauper, hoc habet lucri,
Ingentium exors quòd malorum victitat.

Inter laudes paupertatis non vltimum hæc tenere locũ solet apud poetas, quòd animum trãquillum & securum curísque ac molestiis vacuum domino suo afferat. Sed hoc intelligendum de extrema paupertate nõ est: vnde & Philemon ipse quum dixisset πένεσθαι, subiunxit ἔχων τι μέτριον. Nec etiam ita resecare ad viuum decet hoc ipsius dictum quasi tranquillus omninò securúsque pauperib⁹ sit animus, sed tanquam per comparationẽ, conferendo videlicet eum diuitibus. perinde acsi diceret, nullas esse pauperum curas ac molestias præ illis quibus diuites sunt obnoxii.

Sic autem conciliabitur hoc dictum cum illo eiusdem, quod habebis paulo pòst: cuius vltimus versus est,

Λύπας δ' ἔχοντας μείζονας τοὺς μείζονας.

EX EODEM PHIL.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, μὴ βούλεται.
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέσχετο,
Ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων,
Ἔχειν δυνάμενος, καὶ κρατεῖν ἀζημίως.
Οὐδ' ὅς γε ταῦτα πάντα διατηρούμενος·
Ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν,
Εἶναι δίκαιος, κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

INTERPR.

Iniuriam qui non facit, non protinus
Iust⁹: sed ille qui potest, nō vult tamē.
Manus nec ille qui suas paruo abstinet:
ngentia sed impunè qui quū tollere
Sibique habere possit, animo tēperat.
...nec ille obseruat ista qui omnia,
Sed ille mente praeditus qui candida,
Re iustus esse, non videri esse expetit

Extat apud Xenoph. Pæd. lib. 5, pag. 71 meæ editionis, locus huc pertinés: vbi hæc dicit Gobryæ Cyrus, πολλοὺς μὲν οἴομαι εἶναι ἀνθρώπους οἳ οὔτε ἀσεβεῖν ἂν θέλοιεν, οὔτε ἀδικεῖν. οὔτε ἂν ψεύδοιντο ἑκόντες εἶναι· διὰ δὲ τὸ μηδένα αὐτοῖς ἠθεληκέναι προΐεσθαι μήτε χρήματα πολλὰ, μήτε τυραννίδα, μήτε τείχη ἐρυμνὰ, μήτε τέκνα ἀξιέραστα, ἀποθνήσκουσι πρότερον πρὶν δῆλοι γενέσθαι οἷοι ἦσαν. id est, Multos ego esse homines existimo qui neque impiè quicquam neque iniustè agere atque adeo nec mentiri quidem sponte velint: sed quia nemo horum potestati permittere voluit, neque pecunias multas, neque regnum, neque vrbes multas, neque liberos amabiles, moriũtur priusquam manifestum fuerit quales essent. Sed & Plut. alicubi hac de re pulchre & quidem in eandem sententiam disserit. Sed idem & de mulieribus peculiariter dictum, verissimum cõperitur. vnde apud Plautum interroganti cuidam,

Vbi facillimè spectatur mulier quàm ingenio est bono?

respondetur,

Quoi malefaciundi est potestas, quę ne faciat id temperat. Hinc verò natum est & illud, *casta est quam nemo rogauit.*

Duo autem postremi versus alludere mihi videntur ad illos Æschyleos celeberrimos, pag. 100 meæ editionis, de Amphiarao,

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.

Verùm in versu qui tertius est à fine, pro διαθηρόμενος, quod apertè mendosum est, legendum censeo, διατηρεῖ μόνον: atque adeo lectionem hanc in mea interpretatione sequor.

EX EODEM PHIL.

Ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι
Ἐστὶν, ποιῆσαι δ' αὐτὸν οὐχὶ ῥᾴδιον.

INTERPR.

Alium quidem monere homo facilè potest,
Sed ipse non facilè itidem illud fecerit.

Vide suprà Menandri aliorúmque versus idem docentes. vbi & horum mentionem feci pag. 95, & 96, & 97. Addi autem potest illis & iste, qui inter μονοστίχους γνώμας habetur,

Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν.

idest,

tientiam suadere facile, non pati.

EX EODEM PHIL.

Δικαιότατον κτῆμ' ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός·
Ὧν ἡ φύσις δεῖται γὰρ, ἐπιμελῶς φέρει,
Πυροὺς, ἔλαιον, οἶνον, ἰσχάδας, μέλι.
Τὰ ἀργυρώματα δ' ἐστὶν, ἥτε πορφύρα,
Εἰς τοὺς τραγῳδοὺς εὔθετ', οὐκ ἐς τὸν βίον.

INTERPR.

Ager hominib⁹ æquißima eſt poſſeſſio.
Nam queis eget natura, fert ea ſedulò,
Triticum, oleum, vinum, mel, atq; caricas.
Argentea at ſunt uaſa, itémque purpura,
Ipſis tragœdis apta non uitæ uſibus.

Hæc eadem meritò dixerit is qui & iſta dixit,

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυοῖν μόνοιν;
Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου.

Feruntur autem hi verſus non ſolùm ſub Euripidis nomine, (quem eorum autorem eſſe exiſtimò) ſed & ſub Menandri. Ad eos certè reſpexiſſe videtur Iuuenalis, quum dixit,

-ſatis eſt populis fluuiúſque ceréſque.

EX EODEM PHIL.

Ἐὰν οἷς ἔχωμεν τοῖσγε μηδὲ χρώμεθα,
Ἃ δ' οὐκ ἔχομεν ζητῶμεν, ἂν μὲν διατύχω,
Εἶτ δὲ δι' ἑαυτοὺς ἐσόμεθ' ἐστερημένοι.

INTERPR.

Illis quæ habemus, vtier si nolumus,
Quæ non habemus, quærimus, fortuna nos
priuabit aliis, nos at ipsimet aliis.

In auaros scripti sunt hi versus, in quos & illi suprà, pag. 50,
Ἐγὼ δ' ἀρ' οὐ τὸν πλοῦτον εἴδοιμ' ὅσος ἐς',
Ἀλλ' ὅστις αὐτὸν κτήσεται, εἰ ὑπέρτερος
Ἔσθ' ἂν ἔχῃ. vbi vide quæ eodem pertinentia ex variis locis protuli. Sed idem loquendi genus, seu idē verbum siquis postulat, quo nimirum vsus diuitiarum fit mentio, habes Anthol. Epigr. lib. 2, p. 183 meæ edit. in hoc tetrasticho,
Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι.
Χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς, Ἀπολλόφανες.
Ἂν μετέχῃς αὐτῶν σὺ, σοὶ γίγνεται· ἂν δὲ φυλάττῃς

Κληρονόμοις, ἀπὸ νῦν γίγνεται ἀλλότρια.

Quod epigrammation ita reddidi olim,

Diues habere aliis, quum sis mei iudice pauper.

Vsus, Apollophanes, est quia testis opum.

Nam si vtare tuis, tua sunt: hæredibus illa

Si serues, iam nunc sunt aliena bona.

EX EODEM PHIL.

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων ὦ Πάμφιλε,

Ταύρων τὶ πλῆθος, ἢ ἐρίφων, ἢ νὴ Δία

Ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα,

Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας, ἤτοι πορφυρᾶς,

Ἢ δι' ἐλέφαντος, ἢ σμαράγδου ζώδια,

Εὔνουν νομίζει τὸν θεὸν καθεστάναι,

Πλανᾶτ' ἐκεῖνος καὶ φρένας κούφας ἔχει.

Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,

Μὴ παρθένους φθείροντα καὶ μοιχώμενον,

Κλέπτοντα καὶ σφάττοντα χρημάτ-

χάριν,
Τἀλλότρια βλέποντα, κἀπιθυμοῦντα
Ἤτοι γυναικὸς πολυτελοῦς, ἢ δώματος,
Ἢ κτήσεως, παιδός τε, παιδίσκης θ' ἁπλῶς,
Ἵππων, βοῶν, τὸ σύνολον, ἢ κτηνῶν,
τί δή· (Πάμφιλε,
Μηδὲ βελόνης ἐν ἅμμ' ἐπιθυμήσῃ
Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρὼν,
Ὃς ἔργοις δικαίοις ἥδεται, κοὐκ ἀδίκοις.
Πονοῦντα δ' ἐᾷ τὸν ἴδιον ὑφᾶσαι βίον,
Τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.
Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὤν,
Μὴ λαμπρὸς ὢν χλαμύσιν ὡς τῇ καρδίᾳ. (φύγῃς,
Βροντῆς ἀκούσας, μηδαμῶς πόῤῥω
Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς σαυτῷ δέσποτα.

INTERPR.

Si sacra facies Pãphile Deo quispiã,
Hœdósque mactãs, vel boues quam plurimos,
Chlamydéue quę sit purpurea vel rea,
Ebore vel vllo, v el smaragdo denique
--bi reddidisse beneuolũ numẽ putat,

Errat profectò, mente præditus levi.
Vir nanque frugi temperare sic sibi
Debet, alienus vt sit haud tantummodo
Ab adulterio, & ab inferēdo virgini
Stupro, à latrocinando, ab improba lucri
Amore, suasor esse qui cædis solet:
Sed vt nec alius cōcupiscat coniugē,
Vel bona, vel ędes, seruulum, aut ancillulam:
Equos, boues, iumenta, vel quæpiam alia.
Imo nec alius concupiscas fibulam.
Te nāque cernit adstat qui tibi Deus,
Qui iusta facta, non iniqua, amplectitur.
Et comparare quenque vitæ cōmoda
Suo labore, terrā arando, non vetat.
Cole æquitatē, victimam gratā Deo,
Magísque corde quàm chlamyde sit splendidus.
Nō ad tonitrus fugeris vnquā sonū,
Si nullius sis conscius tibi mali.

Si qui sunt inter ethnicorū versus qui aliquid Christiana pietate dignū habeāt, hi certè nō immeritò primùm sibi inter eos locū vendicarint. Sed plurima in iis mendi sunt mihi suspecta, & quidem ex iis etiam quæ alioqui integre-

videri possint. Hoc autem in causa fuit cur ego maiore in his interpretandis quam in vllis aliis libertate vsus sim. Quum porro à duobus citentur hi versus, nimirum à Iustino Martyre in libello De monarchia, pag. 168 editionis patris mei, & à Clemente Alexandrino, Strom. lib. 5, pag. 253 & 254 editionis Florentinæ, (vnde eos profert Eusebi' Euang. præp. pag. 399 & 400) in eo primum discrepant, quod Iustinus hos omnes Philemoni adscribat, & quidem tanquam posterioribus sententiam priorum continuantibus: at Clemés horũ versuũ Menándrum autorem esse velit, & quidẽ in duobus diuersis locis, quorum priorem claudit his tribus versib', (omissis post eum qui tertius est à fine, quatuor illis quos habet Iustinus)

Κλέπτοντα καὶ σφάττοντα χρημάτων χάριν.
Μηδὲ βελόνης ἔναμμα ἐπιθυμήσῃς
Πάμφιλε
Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

Sed ad autorem quidem quod attinet, ideo Iustino potius assentior, qui Philemoni illos adscribit, quàm Clementi, qui Menandro, quòd & alios eiusdem ferè argumenti Philemoni adscriptos legere me meminerim. Siue autem huius

ſiue illius ſint, ex vno eodémque ſumptos eſſe loco, ac poſteriores ſententiam priorum continuare, nō ſolùm credibile iudico, ſed etiā credo: ídque, nō ideo tātùm quòd cohærere poſteriores cum prioribus videantur, ſed etiam quia ipſe quoque Clemens ita hos verſus ſeparat, vt tamen & in fine priorum & initio poſteriorum ponat Μηδὲ βελόνης &c. Quod certè facit vt ſuſpicer eum lōge aliter ſcripſiſſe, ac poſt Μηδὲ βελόνης cætera adiunxiſſe quę eodem pertinent: pro paraphraſi autem huius dicti, Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον, hos dūtaxat protuliſſe verſus,

Θεῷ δὲ θύε διὰ τέλους δίκαιος ὤν·
Μὴ λαμπρὸς ὢν ταῖς χλαμύσιν ὡς τῇ καρδίᾳ.

Eſt autem argumento vel hic verſus, Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρὼν, qui apud vtrunque repetitur, (habetur enim nō ſolùm poſt Μηδὲ βελόνης ἐν ἅμμ' ἐπιθυμήσῃς Πάμφιλε, ſed & poſt Μηδὲν συνειδὼς, claudens videlicet totam ſententiam: vbi tamen ego repetendū non cenſui) non ſatis fideliter deſcriptum hunc locū fuiſſe. Nam Ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε &c. aptè ſubiungi illi verſui Μηδὲ βελόνης, controuerſia caret, aut certè carere debet: at iſti Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς σαυτῷ

δύποτα, non video quomodo aptè subiungi itidem queat. Quæ tamen omnia non tanquàm pronunciãs dico (quî enim ausim extempore de iis quæ in coniectura potissimum versantur, pronunciare?) sed vt quid sequutus sim ac sequendum putauerim ostendam.

EX EODEM PHIL.

Ἥδιον οὐδέν, οὐδὲ μουσικώτερον
Ἔστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.
Ὁ λοιδορῶν γάρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
Μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν.

INTERPR.

Iucundior res nulla, nec concinnior,
Conuitiantem posse quàm nobis pati.
Conuitia etenim si tibi quis fecerit,
Id dissimula: & ille ipse tum qui fecerit
Tibi, facta sentiet sibi conuitia.

Interpretatus sũ verò & ita, vim vocabuli illius μουσικώτερον magis ad verbum ac melius exprimens,

Cõcentus ille est auribus gratissimus,
Conuitiante quum tacetur quopiam,
Qui dissimulat enim conuitium, facit,
Conuitians conuitietur vt sibi.

Salsè autem hoc dicitur à Philemone, nullam esse harmoniam auribus iucundiorem quàm duo-

rum, ex quibus vnus conuitiatur, alter, in quem conuitia iactantur, tacet. Quod perinde videtur esse ac si diceret, silentium huius esse multorum verborum loco, quibus neget indignum esse illum ad cuius conuitia impudentissimè conficta respondeatur. Possit tamen fortassis & aliò respexisse videri.

EX EODEM PHIL.

Κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον, δέσποτα,
Ἄνθρωπος οὗτός ἐστιν, ἂν ἄνθρωπος ᾖ.

INTERPR.

Quanuis sit iste seruus, est nihilominus
Homo, siquidem ô here, procreatus est homo.

Verba Græca sonant ad verbum Homo est hic, si homo sit. Quorum sensum existimo esse, quanuis seruus sit, si tamen natus sit homo, seu, si ex matris aluo prodiens fuerit homo, manet homo, seu, nõ desinit esse homo, quãuis seruitutẽ seruiat. Vt autẽ hîc cõmendat erga seruos humanitatẽ, ipsam (vt ita dicã) cõmunẽ humanitatẽ, seu communem humanitatis sortem ante oculos ponendo, sic ea nobis eodẽ commendatur modo ab illo qui est eorum distichorum autor quæ olim Catoni falsò adscripta fuerũt

Quum fueris seruos proprios mercatus in vsus,
Et famulos dicas, homines tamen esse memento.

Sed pro ἐὰν τις lego ἤν τις, post δοῦλος.

EX EODEM PHIL.

Μαινόμεθα πάντες ὁπόταν ὀργιζώμεθα·
Τὸ γὰρ κατασχεῖν ἐστι τῆς ὀργῆς πόνος.

INTERPR.

Omnes in ira corripit quidam furor
Et continere magnus est irã labor.

Sic Horatius, *Ira, furor breuis est.* Et Cic. Tusc. 4, An est quicquam similius insaniæ quàm ira? quam bene Ennius initium dixit insaniæ. Sed & quidam Græci iram ab insania temporis duntaxat spatio differre dixerunt: itidémque eam Themistius μανίαν ὀλιγοχρόνιον appellauit. Cæterùm videtur dicendum potius fuisse πόνον esse κατασχεῖν τῆς ὀργῆς. id est, difficile esse continere iram, seu temperare sibi in ira: quoniam insanimus omnes quum irascimur. Ac certè verisimile est hũc posteriorẽ versum ex alio eiusdem poetæ petitum esse loco. Ego his de causis in mea interpretatione

par-

particulæ γδ propriam significatio nem dare nolui.

EX EODEM PHIL.

Μείζω τὰ κακὰ ποιοῦσι πολλοὶ,
δέσποτα,
Αὐτοὶ δι' αὐτοὺς, ἢ πέφυκε τῇ φύσει.
Οἷον, τέθνηκεν υἱὸς ἢ μήτηρ τινὶ,
Ἢ νὴ Δί' ἄλλων τῶν ἀναγκαίων γέ τις,
Εἰ μὲν λάβῃ τοῦτ', Ἀπέθανεν ἄνθρωπος γδ ἦν·
Τοσοῦτον γέγονε τὸ κακὸν ἡλίκον περ ἦν·
Ἐὰν δ', Ἀβίωτος ὁ βίος, οὐκέτ' ὄψομαι,
Ἀπόλωλεν. ἐν γ' ἑαυτοῦ τοῦτ' ἐὰν σκοπῇ,
Πρὸς τοῖς κακοῖς οὗτος ἕτερα συλλέγει κακά.
Ὁ δὲ τοῦ λογισμοῦ πάντα παρ' ἑαυτοῦ σκοπῶν,
Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει.

INTERPR.

Grauiora quàm suapte natura ferent,
O here, sibimet plurimi reddunt mala.
Si nanque mortuus sit alicui filius,
Materue sit prærepta morte cupiā,

Aut aliquis eius ex propinquorum grege,
Et cogitet ita, Mortẽ obiit, homo quippe erat:
Tantum est malum quãtũ quod antè iam fuit.
At verò, Acerba vita dehinc futura mi est,
Non hunc uidebo postmodum: periit enim:
Hęc cogitare siquis intra se velit,
Adiungit ille noua prioribus mala.
Sin cuncta cum ratione quis perpenderit,
Malum quod inerat detrahens, bonũ capit.

De eadem hominum imprudentia seu stultitia, Menandri quoque habes querimoniam suprà, pag. 93 & 94. sic tamen vt aliquid sit inter huius & illius sententiam discriminis. queritur enim Menander quòd mala sua augeant, id est malorum suorum numerum, illis nimirũ quæ necessitas vehit, suntque fatalia, addentes alia quæ ipsimet sibi accersiuerunt: at Philemõ queritur quòd mala sua augeant, id est maiora & grauiora faciant quàm per se ac suapte natura sint. Vicissim autem prudentem ac cordatum eũ esse dicit qui minimum

acit malum ſuum: ita ſcribens,

Ἄνθρωπος εἶ δήπου θεν. οὐκ ἔστ' οὐδὲ εἷς
Ὧ μὴ κακόν τι γέγονεν, ἢ γενήσεται.
Ὁ ποιῶν δ' ἐλάχιστον τὸ γεγενημένον,
Ἀμφότερον, οὗτος εὐτυχεῖ τε καὶ φρονεῖ.

Poſtremo autem verſui, quo dicitur Τὸ κακὸν ἀφαιρεῖται, ἀγαθὸν δὲ λαμβάνει, ſimilis eſt iſte Anaxandridis ſuprà, pag 22. Λύπην ἀφαιρῶν, ἡδονήν τε προστεθείς. vbi loquitur itidem de leniter ac patienter ferendo malo, & quidé peculiariter malo ſenectutis. Quò pertinet dictum iſtud Horatianum, Carm. lib. 1, ode 24,

Durum: ſed leuius fit patientia
Quicquid corrigere eſt nefas.

EX EODEM PHIL.

Νὴ Δία τὸν μέγιστον, ὦ μαν, Σωσία,
Ἐγὼ τὸ πρότερον τοὺς πένητας ζῆν μόνον
Ὀδυνωμένους· τοὺς πλουσίους δὲ τὸν βίον
Γλαφυρόν τιν' εἶναι, καὶ φέρειν ἀθυμίαν·
Νυνὶ δ' ὁρῶ ἀνδρῶν δὴ φέροντας τοῖς καθ' ἡμέραν
Δαπανήμασιν δὴ τὸν βίον ὁρῶ μόνον
Λύπας δ' ἔχοντας μείζονας τῶν μειζόνας.

Antè arbitrabar, Sosia, molestiis
Vitam scatere pauperū tantummodo,
At diuites hilariter aeuū degere:
Sed vitam eorum uideo solis sumptibus
Differre, fiunt qui diebus singulis,
Maiore maiorem & molestia premi.

Tale est suprà illud Menandri dictum, cuius initium, ᾤμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους ὦ Φανία &c. vbi huius loci mentionem feci.

EX EODEM PHIL.

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν,
Μίαν δικαίων, ἑτέραν δ' ἀσεβῶν εἰς ὁδόν.
Κ' εἰ τοὺς δύο καλύψει ἡ γῆ, φασὶ, χρόνῳ,
Ἅρπαζ' ἀπελθὼν, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα.
Μηδὲν πλανηθῇς, ἔσται κἀν ᾅδου κρίσις,
Ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
Οὗ τοὔνομα φοβερὸν οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ.

Ὅς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίον
Δίδωσιν. εἴ τις δ' οἴεται τοὐφ' ἡμέραν
Κακόν τι πράττων τοὺς θεοὺς λεληθέναι,
Δοκεῖ πονηρὰ καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ δίκη.
Ὁρᾶθ' ὅσοι δοκεῖτε οὐκ εἶναι θεόν.
Ἔστιν γὰρ ἔστιν. εἰ δέ τις πράττει καλῶς
Κακὸς πεφυκώς, τὸν χρόνον κερδαινέτω.
Χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

INTERPR.

Existimásne, mortuos, Nicerate,
Qui luxui indulsere, vita dum fuit,
Fugisse numinis manus, tanquam inscii?
Est iustitiæ ocul⁹ intuetur qui omnia.
Nanque inferis geminum esse callem credimus,
Vnum pios qui ducat, alterum impios.
At contegentur ambo si terra obruti,
Furare, frauda, surripe, & misce omnia.
Fallare sed caue. omniũ rector Deus,
Iudicia reddet & apud ipsos inferos,
Cuius tremendũ nomen haud ausim loqui.
Vitam ille quanuis proroget peccan-

tibus,

Siquis latere putat eum facta improba,

Is errat equidem, erroris & conniuscitur.

Quum se vltionis tempus offert commodum.

Attendite ô negatis esse qui deum.

Est est deus. sed praeditus siquis mala

Mente malè agit, moram is in lucro deputet.

Tandem enim aliquando flagitia luet sua.

Idem contigit his versibus, quod & illis superioribus, quorum primus, Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων. ὦ Πάμφιλε. eædem enim & de his sunt controuersiæ. nam Clemens quidem omnes Diphilo adscribit, dicens eum hæc περὶ χρίστως διαλέγεσθαι, & posterioribus priorum sententiam continuari existimans: at Iustinus Martyr priores decem scriptos à Philemone putat, (quippe qui illi eos tribuat) cæteros ab Euripide, quorum initium sit,

Ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν.

Ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐφ' ἡμέραν.

Ego verò mediam quandam (vt ita dicã) inter hasce controuersias viã tenui, partim Iustino, partim Clementi assentiés. nam quòd totum hunc locum vni eidémque poetæ tribui, & quidem tanquam posterioribus versibus sententiam priorum continuantibus, in eo Clementem sequutus sum: sed quòd Philemonem, nõ Diphilum, autorem eorum esse dixi, in hoc verò cũ Iustino sensi. Quòd siquis vtraque in re assentiendum Iustino putet, nimirũ nõ solùm in eo quòd priores Philemoni, sed & in eo quòd posteriores Euripidi tribuit, ne ei quidem magnòpere refragabor. Sciendum est autem non haberi apud Iustinũ, quintum, nec sextum versum, sed eos poni in fine cuiusdam loci Sophoclei qui hunc proximè præcedit: & pro septimo hũc legi apud eum,

Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος καὶ ἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν.

id est, Si enim eadé futura est iusti & impii conditio, seu sors. Sed εἰ γὰρ potest etiã reddi, (& cõmodius fortasse) Alioqui enim si &c. Eodem verò tendit & ille versus, Καὶ εἰ τοὺς δύο καλύψει. &c. perinde enim esse videtur acsi diceretur, Si eadem

conditio vtriusque erit in eo quòd tandem vterque terra itidem contegetur. Sed additur φασὶ, id est, vt aiunt. vt sit sensus, (ni fallor) Alioqui si verum sit quod aiunt, fore eandem vtriusque conditionem, terra vtrunque eodé modo tegéte, Furare, frauda, &c. Sed mendo nõ caret hic versus Καὶ εἰ &c. quum etiam sua ei mensura non constet. Ne hocquidem prætermittendum existimo, apud Iustinum esse tertiũ hunc versum, Καὶ γλῶ καλύψειν ὡς ἀπὸ τῦ πεῦτ' εἰς χρόνον, quartum autem, Πεφῶ γλύαι &c. Sed præterquã quòd mendosus est tertius ille versus, est etiam suo loco motus, quicunque is esse debeat. Esse autem fortasse debet post hunc, Εἰ γὰρ ὁ δίκαιος &c. vt hæc Καὶ γῆ καλύψει, subiungantur tanquam ἐπεξηγητικῶς. Dico autem γῆ καλύψει, non γλῶ καλύψειν, quòd illo modo non hoc scribendum existimem. At pro ὡς ἀπὸ τῦ παντ' εἰς χρόνον quid reponi debeat, assequi coniectura nequeo. Verisimile autem non est hæc deprauata esse ex illis, τοὺς δύο, φασὶν, χρόνω, quum tam diuersa sit scriptura.

EX EODEM PHIL.

Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ γενέσθαι, δέσποτα.
Ἄνθρωπος, ὢν ἄνθρωπος. ἄλλως οὐ ...

βοῆς.

Τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἐστὶν κακά.

INTERPR.

Quum sis homo, ô here, non potes non esse homo.

Frustra ergo quereris. nam necesse est omnibus

Mala perpeti, dum vixerint, quamplurima.

Vel sic,

Quum sis homo, ô here, fieri certè nequit

Vt non homo sis. ergo frustra clamitas.

Quicunque viuit, huic necesse mala pati.

Huc pertinet versus ille, (licet alioqui latius patens) Ἄνθρωπον ὄντα σαυτὸν ἀναμίμνησκ' ἀεί. item ille (in eo loco cuius initium est, Εἰ γὰρ ἐγένου σὺ Τρόφιμε τῶν πάντων μόνος) Τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ. Extant autem hi versus & in eandem sententiam, sub nomine Bathonis,

Ἄνθρωπος ὢν ἐπταικας. ἐν δὲ τῷ βίῳ

Τέρας ἐστὶν εἴ τις εὐτύχηκε διὰ βίου.

id est,

Aduersa tibi, quum sis homo, fors ingruit.

Quid? nónne monstrum iugis est felicitas?

Poteſt autem prior verſus Græcus interrogatiuè legi, idque rectius fortaſſe. & tunc certè nihil neceſſe fuerit in poſteriore interpretando interrogatiua particula vti, quam Græca verba non habent. Talis autem eſt altera iſta interpretatio,

Aduersa tibi, quum sis homo, sors ingruit?
Est nempe monstrum perpetua felicitas.

Eodem pertinent & iſti Diphili,

Ἄνθρωπός εἰμι· τοῦτο δ' αὐτὸ τῷ βίῳ
Πρόφασιν μεγίστην εἰς τὸ λυπεῖσθαι φέρει.

id eſt,

Homo sum: id ipsum luctuũ mortalib⁹
Occasionem suggerit quãmaximam.

Iam verò & apud ipſum Philemonem, cuius γνώμας nunc habemus in manibus, legitur,

Ἄνθρωπος εἶ δήπου θεν. ἐπεὶ ἔστ' οὐδ' εἷς
Ὦ μὴ κακόν τι γέγονεν, ἢ γενήσεται.

Item,

Ἄνθρωπος ὢν, τοῦτ' ἴσθι, καὶ μέμνησ' ἀεί. qui verſus ſimilis eſt illi quem ſuperius protuli, Ἄνθρωπον ὄντα χρὴ τὸν ἀναμιμνήσκ' ἀεί.

Denique huc pertinent & iſti Philippidæ comici verſus,

Ὅταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι δέσποτα,

Εὐριπίδου μνήσθητι, καὶ ῥᾷον ἔσῃ,
ΟΥ̓Κ ἜΣΤΙΝ ὅστις πάντ' ἀνὴρ
εὐδαιμονεῖ.
Εἶναι δ' ὑπόλαβε καί σε τῶν πολλῶν
ἕνα.

id eſt,

Aduerſa tibi ſi fortè ſors, here, ingruat,
Euripidis memento, mœrorē vt leues,
BEATVS *omni ex parte nullus vſpiam.*
Vnum eſſe de multis putato te quoque.

Sed quod ad præcedentes illos attinet locos, in quibus cum ab aliis, tum à Philemone iubetur is qui in calamitatem incidit, meminiſſe ſe eſſe ἄνθρωπον, ſciendum eſt ab eodem comico, necnō ab aliis interdum contrà negari aliquē eſſe hominem. ſed id quidem iocoſé: vt quum dicit Philemon,

Στρατιῶτα, κ' οὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε
Ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν' ὅταν ᾖ καιρὸς, τυθῇς.
& quum Menander, καὶ γίνομαι
Κτήσιππος, οὐκ ἄνθρωπος· ἐν ὀλίγῳ
χρόνῳ
Καθὼς ἐκεῖνος κατέδομαι καὶ τοὺς
λίθους
Ἀπαξάπαντας.

Obſeruaui autem & alibi idem ioci genus. Sed & apud Latinos Cicero vtrūque vſum itidē nomini Homo

dedit. Ita enim lib. 5 epist. ad fam. Est autem consolatio peruulgata quidem illa maximè, quam semper in ore atque in animo habere debemus: homines nos vt esse meminerimus, ea lege natos vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum quominus ea qua nati sumus conditione viuamus, néve tam grauiter eos casus feramus quos nullo cõsilio vitare possumus, euentísque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitemus. &c. (Idem dicit etiam, Hominem esse pro Errare vt hominem. quum alicubi scribat Hominis esse, errare, labi &c.) Alter autem vsus huius vocis Homo, similis illi quem habet ἄνθρωπος in Philemonis, necnon in Menandri versu, in plerisque eiusdem Ciceronis extat locis: vt quũ dicit in quadam ad Atticum epistola, Non homo, sed litus, atque aer, & solitudo mera. Item in alia, Non hominem, sed scopas solutas.

EX EODEM PHIL.

Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία τύχη θεός,
Οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ ταὐτόματον ὃ γίγνεται
Ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ, προσαγορεύεται
τύχη.

INTERPR.

Fortuna nulla est vspiam nobis Deus:
Sed quicquid homini fortè cōtingit,
solet
Fortuna id omne passim nūcuparier.

Philemonem testatur Clemens Alexandrinus his versibus idololatriam excindere. καλῶς οὖν (inquit Strom. lib. 5) καὶ Φιλήμων ὁ κωμικὸς τὴν εἰδωλολατρείαν ἐκκόπτει διὰ τούτων, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία τύχη θεός, &c. Legimus autem & apud Iuuenalem istos huc pertinétes versus,

Nullum numen abest, si sit prudentia: sed nos
Te facimus fortuna deam, cæló que locamus.

EX EODEM PHIL.

Οὐκ ἔστιν οὔτε ζωγράφος μὰ τοὺς
θεοὺς,
Οὔτ' ἀνδριαντοποιὸς, ὅστις ἂν πλάσαι
Κάλλος τοιοῦτον οἷον ἡ ἀλήθει' ἔχει.

INTERPR.

Haud arte tantam pictor ullus assequi
Statuarius'ue pulchritudinem queat,
Tantum & decorem, ueritatis quantus est.

Adiunguntur & isti duo versus,
Οὔτ' ἀνδριάντος τοῦ καλῶς πεπλασμένου,
Ἂν μὴ τὸν αἰσθησόμενον ἡ τέχνη λάβῃ.
Sed quomodo cohærere possint nō satis intelligo, præsertim quū nec genitiui illi ἀνδριάντος τοῦ πεπλασμένου habeant quò referri possint. Nam primo quidem aspectu offert se nomen κάλλος, quod repeti possit è proximè præcedēte versu, addendo verbum ἐστί: sed non satis idoneus videtur fore sensus, nisi aliqua interiiciantur. Quidam verò aliud nomen subaudiendo, ita interpr. Nec statuæ affabrefactæ vsus est, nisi percepturū quempiā ars nacta sit. At ego subaudiēdo poti⁹ κάλλος, suspicarer simul ista subaudiri debere, vel poti⁹ deesse (aut certe aliqua istis similia) Sed pulchra nō existimatur esse veritas, quoniā eius pulchritudo non perspicitur: sicut nec vlla est pulchritudo statuæ eleganter alioqui effictæ (vt ille dicit πεπλασμένου) nisi is qui eā intuetur, aliquo in hac arte præditus sit iudicio. Sed vocabula quibus vtitur, sonant ad verbum, Nisi ars acceperit qui eam animaduersurus sit & perspecturus. Id est, Nisi ars nacta fuerit spectatorem qui eius excellentiam animaduertere ac perspicere possit.

EX EODEM PHIL.

Οὔτε γὰρ ἰατρὸς οὐδὲ εἷς (ἂν ἐξετάσῃς)
Τοὺς αὐτὸς αὐτοῦ βούλεθ' ὑγιαίνειν
φίλους,
Οὔτε στρατιώτης πόλιν ὁρᾶν ἀθῷον
κακοῦ.

INTERPR.

Nullus etenim medicus (probè si in-
spexeris)
Valere amicos ne suos quidem cupit,
Nec miles vrbem cernere expertem
mali.

Extant & alii Philemonis loci, in quib⁹ inuehitur in medicos, seu potius eos perstringit. huic autem similem vel potius huc pertinétem habebis paulo pòst: vbi dicit malè se habere medicum quando nemo malè se habet. Habet autem & nostra lingua dictum quoddam veluti prouerbiale aduersus medicos & chirurgos quod huc pertinet.

EX EODEM PHIL.

Πάντ' ἐστὶν ἐξευρεῖν, ἐὰν μὴ τὸν πό-
νον
Φεύγῃ τις ὃς πρόσεστι τοῖς ζητουμέ-
νοις.

INTERPR.

Nil est quod inuenire non queas,
modo.

Perferre quærendi velis molestiam.

Vide suprà, pag. 4, locum Alexidis cuius est initium, Ἅπαντα τὰ ζητούμεν᾽ ἐξευρίσκεται. vbi etiam protuli ista Menandri verba, Ἁλωτὰ γίγνετ᾽ ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα. quæ ita reddidi, *Labore quiduis sedulo expugnabile*. nimirum ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ, ita reddens acsi posita essent pro ἐπιμελεῖ πόνῳ. Sed poteram fortassis etiam dicere Labore improbo, cum Virgilio, ita canente, *labor omnia vincit Improbus*. Sed & ἁλωτὰ ex hoc ipso loco reddere queat aliquis Vinci possunt omnia, vel superari. Vsus est autem eadem voce in eadem re Sophocles, in OEdipo tyranno, pag. 154, meæ editionis, ita scribens, τὸ δὲ ζητούμενον Ἁλωτόν· ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον. Extant autem & alii in hanc sententiam versus apud Stobæum, partim ex comicis, partim ex tragicis. ex quibus hic quærendi mentionem & ipse facit,

Ἅπανθ᾽ ὁ τοῦ ζητοῦντος εὑρίσκει πόθος.

Sed pro πόθος non dubito quin reponendum sit πόνος.

Necnon locus iste, πάντα τὰ ζητούμενα

Δεῖσθαι μερίμνης φασὶν οἱ σοφώτεροι.

In hoc autē ἐπιμέλεια dicitur dūtaxat pro eo quod legimus ἐπιμέλειαν

λέγει καὶ πόνον, in illo Menādri loco,
Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται.
In alio autem legitur τὸ συνεχὲς ἔργον,
Τὸ συνεχὲς ἔργον παντὸς εὑρίσκει τέλος.
In alio ἐντελέχειαν,
-πάντα γὰρ ταῖς ἐντελεχείαις καταπονεῖται πράγματα.

EX EODEM PHIL.

Πολὺ μεῖζόν ἐστι τοῦ κακῶς ἔχειν κακὸν,
Τὸ καθ' ἕνα πᾶσι τοῖς ἐπισκοπουμένοις
Δεῖν τὸν κακῶς ἔχοντα πῶς ἔχει λέγειν.

INTERPR.

Malè sese habere, leuius est multo malum,
Quàm, malè se habentem, cogier visentibus
Quo se modò habeat singulis exponere.

Hæc apud Philemonem ab aliquo ægroto dici credibile est. Sunt certè cum aliis in rebus, tum in visendis ægrotis nonnulli ita intempestiuè officiosi, vt in eos aptè iactari prouerbialis ille senarius possit, qui antea cōmemoratus fuit, Εὔνοι' ἄκαιρος οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.

α. Σύρα Σύρα. β. Τί ἔστι; α. Πῶς ἡμῖν ἔχεις;
β. Ἐπὰν γέροντά τινα ἴδῃς ἢ γραῦν τινα,
ἴσθ' εὐθὺς ὅτι κακῶς ἔχει.

INTERPR.

a. *Heus tu Syra.* b. *Hem quid est?*
a. *Satin' bellè te habes?*
b. *Simulatque quempiam senem aut anum vides,*
Malè sese habere credito.

Responsum hoc Syræ subscribit illi Apollodori dicto, (quod prouerbiale esse videtur) τὸ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. quod Terentius ita interpretatus est, *Senectus ipsa est morbus*: in Phorm. Act. 4, scena 1,
CHR. *Pol me detinuit morbus.*
DEM. *Vnde? aut qui?* CHR. *Rogas?*
Senectus ipsa est morbus.
Quod autem attinet ad illa verba, τί ἔστι; in iis interpretandis eũdem comicum sequutus sum. apud eum enim legimus, in Adelph. Act. 2, scena 4,
CT. *Heus heus Syre.* SY. *Hem quid est?* CT. *Obsecrò hercle &c.*
Sic autem & Gallicè vtimur his verbis (quæ illis significatione omnino respondent) *Qu'y-a-il?* At πῶς ἡμῖν ἔχεις sonat ad verbũ, Que

modo te habes nobis? Quisauté sit vsus pronominis in hoc loquendi genere & aliis huiusmodi, declaraui multis in libello Gallico quo docui in quibus linguæ Gallicæ cum Græca conueniat.

EX EODEM PHIL.

Τεκμήριον δὲ, τῶν ἰατρῶν οἶδ' ἐγὼ
Ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν ὡς σοφὰ
Πάντας λαλοῦντας· εἶτ' ἐὰν πταίσωσί τι,
Αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ' ὅσ' οὐκ εἴων τότε. Ἐπέργυς.

INTERPR.

Ipse medicorum mos apertè id arguit.
Hos prædicare plurimis verbis scio
Ægris quibus medentur, abstinentiã:
Ipsosmet at, si sua valetudo labet,
Audere facere quæ vetabant cæteris.

Ergo & medici è numero sunt eorũ qui dicũt, aut dicere debent, *Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus.* Sed quod medicis omnibus obiici solet vulgò, id malis peculiare voluit esse Seruius Sulpitius in illa consolatoria quam ad Ciceronem scripsit epistola: vbi dicit, Denique

noli te obliuisci Ciceronem esse, & eum qui aliis consueueris præcipere & dare consilium: neque imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur se tenere medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. Sic autem & Æschylus non omnis ἰατροῦ (id est medici) esse dixit, curare se non posse, sed κακοῦ ἰατροῦ, id est mali medici. Hos enim versus legimus apud eum, in Prometheo vincto, pag. 32 meæ editionis,

Κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις, ἐς νόσον
Πεσὼν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
Εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμος.

Fuerit igitur & hic prouerbialis senarius non aduersus quemuis medicum, sed aduersus malum medicum iactatus,

Ἄλλων ἰατρὸς, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.

id est,

Est medicus aliorum, hulcerosus ipsemet.

Vel (si quis Erasmi interpretationem malit quàm meam)

Aliis medetur, ipsus hulceribus scatens.

Idem dicendum & de illis prouerbialibus verbis, Medice cura teipsum. Cæterùm ideo sibi mederi non potest medicus, aut (cum Æschylo & Seruio Sulpitio) malus medicus, quia quæ aliis dat præcepta, ipsemet non seruat, ut docet in

verſibus illis noſter Philemon. Sed quidam medicus hoc ſibi obiicieti, facetè reſpondit, Audis me ſuadentem aliis ea quæ arti medicinæ placent, vides facientem quæ medico placent.

Sed in verſu quinto poſt Ἑτέρους leguntur hæc verba, τότ' ἀλγεῖν καὶ θεωρεῖν ἐστ' ἴσως. quæ mendoſa eſſe perſuaſiſſimum habeo. Nam hæc verba, (quibus illa Græca quidam interpr.) Ac tum păriter dolere licet ac ſpeculari: hæc, inquam, verba quis non videt minimè cohærentem cum præcedentibus ſentétiam efficere? Ego certè ſuſpicor verba illi accuſatiuo ἑτέρους ſubiŭcta, ſignificaſſe (vt quidem à Philemone ſcripta erant) non poſſe quenquam ſimul dolorem ſentire, & animum cōtemplationi eorum quæ ad artem medicinæ pertinétia ſedare illū poſſunt, intentū habere.

EX EODEM PHIL.

Τί ποτ' ἐστὶν ἄρα διότι βούλεταί μ'
 ἰδεῖν;
Ἤ, καθάπερ οἱ νοσοῦντες, ἀλγοῦντες
 σφόδρα,
Τὸν ἰατρὸν ἂν ἴδωσιν, οὐκ ἀλγοῦσ' ἔτι.
Οὕτως ἐπάν τις τυγχάνῃ λυπούμενος,
Ἧττον ὀδυνᾶται, φίλον ἐὰν παρόντ'
 ἴδῃ;

Cuius videre vult rei me gratia?
An, sicut aegri, quos premit grauis do-
lor,
Medicum vbi viderint, dolere desi-
nunt:
Sic quando maeror quempiam oc-
cupauerit,
Adesse amicum si uidet, maeret mi-
nus?

Quod de praesentia medici attribit, id verum comperietur, si Dolere desinũt, intelligamus dictum esse pro Sibi videntur desinere. Quã expositionem veram esse, aegroti in seipsis quotidie experiuntur. sic tamen vt hoc quoque addendum sit, illis videri desinere non omnino quidem dolorem, sed doloris magnitudinem: id est, eos videri sibi sentire remissiorem factum dolorem. Sed & quod legimus in altera comparationis parte, hanc expositionem quodammodo confirmat: quum ibi dicatur, non οὐκ ὀδυνᾶται ἔτι, sed ἧττον ὀδυνᾶται. Ad haec auté verba quae in altera comparationis parte habentur, pertinet dictũ quoddam Euripidis quod plerisq; in locis à Plutarcho commemoratur, nimirum afflicto dulce esse εἰς ὄμματ' εὔνου φωτὸς ἐμβλέπειν.

EX EODEM PHIL.

α. Τίς ἐστιν οὗτος; β. Ἰατρός. α. ὡς κακῶς ἔχει

Ἅπας ἰατρὸς, ἂν κακῶς μηδεὶς ἔχῃ.

INTERPR.

a. Quis hic? b. Medicus. a. O quàm malè medicus se habet

Quum neminem malè sese habere cõtigit.

Simile est hoc dictum ei quod habes paulo antè, pag. 399, Οὕτω γὰρ ἰατρὸς οὐδὲ εἷς &c. Ludit autem hîc in ambigua significatione illius loquendi generis, κακῶς ἔχειν. Dicitur enim κακῶς ἔχειν, id est malè se habere, nõ solùm qui ægrotat, sed & is cuius res non sat bellè habent, atque adeo qui rem non facit.

EX EODEM PHIL.

Τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ, εὖ μάλιστα δ' ἴσθ' ὅτι

Τὸ ῥῆμα τοῦτο δόξαν ἐν Δελφοῖς ἔχει.

INTERPR.

COGNOSCE TEIPSVM, iure verba hæc optimè

Celebritatem adepta Delphis maximam.

Non apud Delphos tantùm se-

& alibi passim celeberrimum fuisse dictum illud scimus, de quo nonnulla in Erasmi adagiis habes, quæ ibi legenda tibi relinquo. Sed comicos eius sæpe meminisse credibile est: quum & inter monostichas γνώμας hunc versum legamus, titulo εἰς μετριότητα, suprà, pag 230,

Τὸ γνῶθι σαυτὸν, πανταχοῦ 'στι χρήσιμον.

Quidam tamen apud Menãdrum iocans (vt opinòr) improbat hoc præceptum: aítque dicendum potius fuisse, γνῶθι τοὺς ἄλλους. Locus est hic,

Κατὰ πολλά γ' ἐστὶν οὐ καλῶς εἰρημένον

Τὸ, Γνῶθι σαυτόν. χρησιμώτερον γὰρ ἦν

Τὸ, Γνῶθι τοὺς ἄλλους.

quos versus ita reddit Erasmus,

Multis modis dictum uidetur perperam

Cognosce teipsum. magis enim in rem fuerat hoc,

Cognosce cæteros.

Videri certè potest (si hoc à iocãte quopiam dictum fuit) lusus esse ex ambiguo, quum in Γνῶθι σαυτὸν aliud significet γνῶθι quàm in Γνῶθι τοὺς ἄλλους.

EX EODEM PHIL.

Τοιοῦτος ὁ βίος ἐστὶν ἀνθρώπου, γύναι·
Εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεθα.

Hæc conditio hominibus sua est uitę omnibus,

Vt gaudia superentur à mœroribus.

Habebis infrà huc pertinentes Plauti versus, ex Amphitruone. Addunt autem & aliam querelam poetæ interdum, de ipsis videlicet gaudiis quæ sincera non sint. Sic Ouid. Metamorph. lib. 7.

Nec tamen (usquadeo nulla est sincera uoluptas,

Solicitúmque aliquid lætis interuenit) Ægeus

Gaudia percepit nato secura recepto.

At Christianum hominem nõ hac tantùm conditione, sed multo etiã peiore dignumse agnoscere, nedum de ea conqueri decet.

EX EODEM PHIL.

Τὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἓν,
Μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς·
Τὸν δ' εὖ λέγοντα, μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
Μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ καὶ πολὺν χρόνον.
Τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λαβέ.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' οὐδὲ εἷς Ὅμηρον εἴρηκεν μακ-

Qui nõ loquetur ulla quæ sint usui,
Multiloquus hic existimetur uir tibi,
Licet duarum syllabarum sermo sit.
Contrà, loquetur siquis apta, plurima
Quanuis loquatur, & trahat lõgam moram,
Ne multiloquus hic censeatur uir tibi.
Exemplo Homerus esse uel solus potest:
Nam uersuum tot scripserit quũ millia,
Multiloquus est uocatus unquã nemini.

Huc pertinet versus, ille quem habuisti suprà inter μονοστίχους γνώμας, pag. 227,

Χωρὶς τὸ γ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Vbi τὰ καίρια vocantur quæ hic à Philemone τὰ δέοντα. Possis autẽ fortasse, sicut τὰ δέοντα ποιεῖν redditur interdum Facere quæ facto sunt opus, sic τὰ δέοντα λέγειν interpretari, Dicere quæ dicto sunt opus.

EX EODEM PHIL.

Τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βελτίστου καὶ θεοῦ

Ἀθανάτους αἰεὶ δόξα διατελεῖ μόνον.

INTERPR.

Iusti viri nanque inter homines & deos
Solius immortale permanet decus.

Poteſt δικαίου accipi etiam ſubſtantiuè pro Iuſtitiæ, ſeu Æquitatis, manente eodem ſenſu: ſed mihi magis placuit altera expoſitio.

EX EODEM PHIL.

Ὡς ἡδέως μοι γίγνεται τὰ πρότερα κακά.
Εἰ μὴ τότ' ἐπόνουν, νῦν ἂν οὐκ εὐφραινόμην.

INTERPR.

Quanta priora ſunt uoluptati mala!
Non fruerer illa ni labor aſſem antea.

Huc pertinet prouerbialis ille verſus, Ὡς ἡδὺ τοῖς σωθεῖσι μεμνῆσθαι πόνων, qué habuiſti ſuprà inter μονοστίχους γνώμας, pag. 165: & de quo dictum fuit etiam pagina 361. Atque vt illic πόνων ſonat idem quod κακοπαθείας, (vnde etiam non ſatis cõuenire videtur ille verſus titulo εἰς φιλοπονίαν) ſic in iſto verſu Εἰ μὴ τότ' ἐπόνουν &c. non dubium quin πονεῖν accipiatur pro κακοπαθεῖν: præſertim quum præcedat τὰ

πρότερα κακά. Dicũt autem & Latini interdum Labores, significare volentes κακοπάθειαν, & Laborare, pro κακοπαθεῖν. Cæterùm nõ ignoro esse qui hunc versum, Ὡς ἡδέως μοι γέγονε τὰ πρότερα κακὰ, sic interpretentur, Quàm libenter mihi redeunt in memoriam priora mala: sed huic interpretationi non solùm nõ subscribo, sed prorsus explodo. Quo enim teste probare quis queat, γέγονέ μοι, pro Redeunt mihi in memoriam, accipi posse? At verò vt ego interpretor, γέγονεν· ἡδέως μοι, accipietur pro γέγονεν ἡδέα μοι.

EX EODEM PHIL.

Ὦ τρισμακάρια πάντα καὶ τρισόλβια
Τὰ θηρί', οἷς οὐκ ἔστι περὶ τούτων λόγος,
Οὔτ' εἰς ἔλεγχον αὐτῶν οὐδὲν ἔρχεται,
Οὔτ' ἄλλο τοιοῦτ'. οὐδέν ἐστ' αὐτοῖς κακὸν,
Ἐπακτόν· ἣν δ' ἂν εἰσενέγκηται φύσιν
Ἕκαστον, εὐθὺς καὶ νόμον ταύτην ἔχει.
Ἡμεῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι βίον.
Δουλεύομεν δόξαισιν, εὑρόντες νόμους·

Περιγρόνοισιν, ἐγγόνοισιν. ἐκ ἔς' ἀπο-
τυχεῖν
Κακοῦ, φέρουσιν δ' ἀεί τιν' ἐξευρί-
σκομῶν.

INTERPR.

O ter beata cuncta, ter felicia
Animantia, quibus nulla de istis verba sunt,
Nec quicquam eorum examinatur omnium:
Nec aliud illis quod sibi accersiuerint,
Malum est: sed vnumquodque quam genitum attulit
Naturam, ea, ceu lege, protinus vtitur.
Vitalis at non vita nobis viuitur,
Dum legibus seruimus, atque plurimis
Opinionibus, simúlque posteris,
Maioribúsque. quînam fiet (obsecro)
Non consequamur vt nouũ semper malum,
Causam inuenimus dum semper mali nouam?

Suprà, nimirum pag. 93, habuisti locum Menandri, cuius initiũ, Ἅπαντα τὰ ζῶ' ἐςὶ μακαριώτατα &c. qui quòd valde similis sit isti, ibi ad hũc te remisi. Sed in illo Menandri paulo explicatum latius, quod hîc breuius. Vbi etiam ar-

maduertẽdũ est τούτων & αὐτῶν ἔ-
δειν referri ad præcedentia. Sunt autem qui οὐκ ἔστι περὶ τούτων λόγος reddant, Harum rerum nulla ratio habetur: sed sine περὶ quidẽ, & hoc & alio etiam modo verti posse scio: at cum περὶ eo potius modo reddi debere existimo, quo à me redditum habes. Quanquam eodẽ propemodũ res redit, siue hac siue illa interpretatione vtaris. Quod verò attinet ad hunc versum, Δουλεύουσι δόξαισιν, εὑρόντες νόμους, mendosum esse, persuasissimum habeo, & pro εὑρόντες scriptum fuisse quempiam datiuum: itidémque νόμοις, non νόμους. sed quum datiuus ille (quicunque is foret) in participium εὑρόντες mutatus fuisset, aliquẽ ex νόμοις fecisse νόμους, vt cum eo iungi posset. Enumerantur certè in illo Menandri loco cuius paulo antè memini, itidem νόμοι & δόξαι inter mala ἐπίθετα τῇ φύσει. Sed & apud Plutarch. in fine libri πρὸς Κολώτην habemus ex Epicuro eadem verba quæ hîc, iunctos videlicet datiuos illos νόμοις & δόξαις verbo δουλεύειν. nam ita Plut. de Epicuro loquens, πάλιν δὲ, οἶμαι γεγραφὼς πρὸς Ἰδομενέα, διακελεύεται μὴ νόμοις καὶ δόξαις δουλεύοντα ζῆν, ἐφ' ὅσον &c. Qui locus apertè docet ex qua scho-
lia comici dictum istud attulerint.

At verò δουλεύειν προγόνοισι & ἐγγόνοισι, siue ἐκγόνοισι, nõ puto aliud esse quàm maiorum & posterorum rationem in rebus gerendis sic habere, vt illis obnoxios & quasi seruos nos reddamus.

PAGELLÆ VACANdos alios Philemonis loqui his addendi esse

TES, AD EXCIPIEN-
cos, si quos inueniat lector
videantur.



ALIORVM QVORVNDAM COMICORUM minus celebriũ loci, dicta habentes vel sententiosa vel iocosa.

EX AXIONICO.

Οὕτω γὰρ ἐπὶ τοῖς μέλεσι τοῖς Εὐριπίδου
Ἄμφω νοσοῦσιν, ὥστε τἄλλ' αὐτοῖς δοκεῖν
Εἶναι μέλη γίγγραν τε καὶ κακὸν μέγα.

INTERPR.

Nam carminum ambo tanto amore Euripidis
Insaniunt, vt comparata his cætera
Vile aliquid esse rémque pessimam putent.



EX BATHONE.

Ἄνθρωπος ὢν ἠτύχηκας· ἐν δὲ τῷ βίῳ
Τέρας ἐστὶν εἴ τις εὐτυχεῖ διὰ βίου.

INTERPR.

Aduersa tibi, quum sis homo, sors ingruit.
Quid? nónne monstrum ingis est felicitas?

Vel interrogatiuè legẽdo primum versum, vt dixi suprà pag. 394:

Aduersa tibi, quum sis homo, sors ingruit?
Est nempe monstrum perpetua felicitas.



EX CLEARCHO.

Εἰ τοῖς μεθυσκομένοις ἑκάστης ἡμέ-
ρας
Ἀλγεῖν συνέβαινε τὴν κεφαλὴν πρὸ
τοῦ πίνειν
Τὸν ἄκρατον, ἡμῶν οὐδὲ εἷς ἔπινεν ἄν·
Νῦν δὲ πρότερόν γε τοῦ πόνου τὴν ἡ-
δονὴν
Προλαμβάνοντες, ὑστεροῦμεν τἀγα-
θοῦ.

INTERPR.

His si, diebus ebrii qui singulis,
Caput meraca doleret ante pocula,
Omnes ab illis abstinerent poculis:
At nunc voluptas dum dolorẽ præ-
uenit,
Priuantur illo quo frui vellent bono.



EX CRATETE.

Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε, τέκτων οὐ σοφὸς,
Ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

INTERPR.

Me tēpus incuruauit, haud faber bo-nus,
Infirmiora sed facit quod omnia.

EX EODEM

Ὀνειδίζεις μοι γῆρας, ὡς κακὸν μέ-γα,
Οὗ μὴ τυχόντι θάνατός ἐσθ' ἡ ζη-μία·
Οὗ πάντες ἐπιθυμοῦμεν, ἂν δ' ἔλθῃ ποτὲ,
Ἀνιώμεθ'. οὕτως ἐσμὲν ἀχάριστοι ού-σει.
Τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς ὁ γηράσκων ἐ-ρᾷ.

INTERPR.

Mihi senectutem obiicis, grande vt malum,
Qua non potitus, morte mulctatus fuit.

Quam cupimus omnes, consequuntũ quam tamen,
Dolemus.ingratũ genus adeo sumus.
Nã nullus adeo cupidus est uitæ ut senex.



EX CROBYLO.

Τὸ γὰρ ἐνδελεχῶς μεθύειν, τίν᾽ ἡδονὴν ἔχει;
Ἀποστεροῦντα ζῶν θ᾽ αὐτὸν τοῦ σωφρονεῖν,
Ὃ μέγιστον ἡμῶν ἀγαθὸν ἔχει ἡ φύσις.

INTERPR.

Nam quã voluptatẽ assidua habet crapula?
Viuũ ac uidentẽ mente priuãdo bona
Sese, est hominibus qua nihil præstãtius.



EX DIODORO SINOPENSI.

Ἐγὼ μὲν οὖν τὸν νόμον ἐμαυτῷ τουτονὶ
Τίθημι, δοκιμάζων ὥσπερ εἴρηται ποιεῖν.
Κρεῖττον γάρ ἐστιν εὖ τεθραμμένην λαβεῖν
Γυναῖκ' ἄπροικον, ἢ κακῶς μετὰ χρημάτων,
Τὴν ἐπιμελῶς μετὰ ταῦτα μέτοχον τοῦ βίου.

INTERPR.

Hanc ergo legẽ iam fero ipsemet mihi,
Id facere, dictum quod fuit, consentiens.
Nanque educatam præstat vxorem bene,
Sine dote habere, quàm malè, atque diuitem,
Quæ iuncta erit vitæ mihi consortio.



EX DIONYSIO.

(ſi modò hi verſus Dionyſio comico adſcribendi ſunt)

Ἔπειτα δ' οὐδὲ τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
Τοῖς οὐδὲν οὖσιν οὐδὲ εἷς ὅλως φθονεῖ;
Ἀεὶ τὰ σεμνὰ πάντα κέκτηται φθόνον·
Ἅπαν τὸ λίαν συνετὸν ἐστ' ἐπίφθονον.

INTERPR.

Deinde tibi nec iſtud eſt notum ſatis,
Iis qui nihil ſunt, inuidere neminem?
At ſplendidis inuidia rebus eſt comes.
Hanc magna comitem habet itidem prudentia.



EX EPHIPPO.

Οἴνου σε πλῆθος πόλλ' ἀναγκάζει λαλεῖν.
Οὐκοῦν μεθύοντας φασὶ τἀληθῆ λέγειν.

INTERPR.

Te multa multum proloqui vinum iubet.
Hinc veritatem dicere aiunt ebrios.



EX ERIPHO.

Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος, οὐ κακῶς ἔ-
χων·
Οἶνόν λέγουσι τοὺς γέροντας ὦ πάτερ
Πείθειν χορεύειν οὐ θέλοντας.

INTERPR.

Ratione verbum non caret vetus, pater,
Vinum quod esse tantę ait potētiæ,
Vt ad choreas vel senes ipsos trahat.



EX EVBVLO.

(Inducit autē loquentem Bacchū)

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὖ φρονοῦσι. τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον,
Ἔρωτος ἡδονῆς τε. τὸν τρίτον δ᾽ ὕπνου.
Ὃν εἰσπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
Οἴκαδε βαδίζουσ᾽. ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι
Ἡμέτερός ἐστ᾽, ἀλλ᾽ ὕβρεως. ὁ δὲ πέμπτος, βοῆς·
Ἕκτος δὲ μανίας. ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖν.
Πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
Ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

INTERPR.

Tres solùm ego calices viris prudentibus
Infundo: sanitatis vnū, quē ebibunt
Primum: est amoris & voluptatis, dehinc:
Infundo somni tertium: quē vt hauserint
Nomen qui habent sapientum, in ædes illico

Suas redibũt. nõ enim quartus calix,
Noster, sed est proteruię. clamoris est
Quintus: furoris sextus, & pugnas ciet.
In paruum enim vas quando largum infunditur,
Supplantat ipsum sæpe potorem merum.

EX EODEM EVBVLO.

Ὦ Ζεῦ πολυτίμητ', εἶτ' ἐγὼ κακῶς ποτὲ
Ἐρῶ γυναῖκας, νὴ Δί' ἀπολοίμην ἄρα,
Πάντων ἄριστον κτημάτων. εἰ δ' ἐγένετο
Κακὴ γυνὴ Μήδεια, Πηνελόπεια δὲ
Μέγα πρᾶγμ'. ἐρεῖ τις ὡς Κλυταιμνήστρα κακή;
Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστήν. ἀλλ' ἴσως
Φαίδραν ἐρεῖ κακῶς τις· ἀλλὰ νὴ Δία
Χρηστή τις ἦν μέντοι. τίς εἰμὶ δείλαιος·
Ταχέως γέ μ' αἱ χρησταὶ γυναῖκες ἐπέλιπον,
Τῶν αὖ πονηρῶν ἔτι λέγειν πολλὰς ἔχω.

INTERPR.

Malam supremę Iuppiter pestem oppetam,

Verbis mulieres prosequatur si vnquam malis;
Possessionem mulieres longè optimã.
Medea sese, fateor, improbè gerit,
Penelopã habes virtute laudatissimã.
Mala est Clytæmnestra? est at Alcestis proba.
Phaedrámne damnas? aliam ei opponam probam.
Quid heu miser faciã? eccè iam desunt bonæ,
Quũ tot malarũ millia in promptu sient.



EX EVPHRONE.

Καινοὺς πορίζου πρός με τῶν θεῶν θεούς·
Ἵνα τοὺς παλαιοὺς μὴ 'πιορκῇς πολλάκις.

INTERPR.

Nouos deorum compara mihi deos,
Ne peierentur antiqui à te sæpius.

EX EODEM EVPHR.

Ὦ Ζεῦ τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον τοῦ ζῆν βραχύν,
Πλέκειν ἀλύπως τοῦτον ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς;

INTERPR.

Quum largiaris Iupiter vitam breuem,
Cur absque curis non finis traducere?



EX HERMIPPO.

Μὰ Δί' οὐ γάρ τοι, μεθύειν τὸν ἄνδρα
χρὴ τὸν ἀγαθόν, οὐδὲ θερμολουτεῖν· ἃ σὺ
ποιεῖς.

INTERPR.

Sed inebriari non decet virum probũ
Calida aut lauari; quę facere tamen
solet.



EX HIPPARCHO.

Πολύ γ' ἐστὶ κτῆμα τιμιώτατον
Ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἰς τὸ ζῆν τέχνη.
Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος καὶ μεταβολαὶ
Τύχης ἀνάλωσαν, ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

INTERPR.

Haud ulla pretiosior hominib⁹ omnibus:
Possessio, arte, vita & utilis magis.
Sortis etenim dubiique Mauortis vices
Vt cætera rapiant, manet salua ars tamen.



EX NICOSTRATO.

Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέω λαλεῖν
Ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες
Ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολύ.

INTERPR.


Si funditare verba multa ingiter
Et celeriter, signum putas prudentiæ,
Prudentiores homine sunt hirundines.

EX EODEM.

Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν συντόμως γε, φίλτατε
Εὐριπίδη, τὸν βίον ἔθηκας εἰς στίχον.

INTERPR.

BEATVS *omni ex parte nullus vspiam.*
Euripides vita statũ (ita Deus me amet)
Complexus es totius hoc versu breui.



EX PHERECRATE.

Ὦ γῆρας, ὡς ἐπαχθὲς ἀνθρώποισιν εἶ,
Καὶ πανταχῇ λυπηρὸν, οὐ καθ' ἓν μόνον·
Ἐν ᾧ γὰρ οὐδὲν δυνάμεθ', οὐδ' ἰσχύομεν,
Σὺ τηνικαῦθ' ἡμᾶς διδάσκεις εὖ φρονεῖν.

INTERPR.

O quàm senectus es grauis mortalibus,
Et quàm molesta vbique: eo uel nomine,
Quòd quando agendis rebus est nil virium,
Prudentiam illo tu doces nos tẽpore.



EX PHILIPPO.

Οὐ χαλεπόν ἐστι τῷ κακῶς διακειμένῳ
Εἰπεῖν τιν' ἐσθίοντα, μὴ κακῶς ἔχει·
Πύκτῃ τ' ἐπιτιμᾶν οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ,
Αὐτὸν δὲ μάχεσθ' οὐ χί ἐστι ῥᾴδιον.
Ἕτερόν τι τοῦ λέγειν ἐστὶ τὸ πεπονθέναι.

INTERPR.

Difficile non est admonere quempiam
Ægrum cibis ut abstineat incõmodis:
Pugilémque facile est increpare cuilibet,
Dum pugnat: at pugnare, res non facilis est.
Aliud loqui de re, aliud est sentire eam.

In secundo versu interpretando meam sum coniecturam sequutus, quòd mendosus esse videatur, & potius scribi debere ἐσθίοντι. vt μὴ κακῶς ἔχει, perinde sit ac si diceretur μὴ ταῦτα ἐσθίῃς, ἵνα μὴ κακῶς ἔχῃς. Alioqui, retinẽdo ἐσθίοντα, videtur fore hic sensus, Difficile non est quempiam cibis vescẽtem (ex quo colligamus, valentem) di-

cere ægroto, (qui illis vesci itidem nequit) Ne malè te habeas. Sed magis coacta est (meo quidem iudicio) interpretatio hæc quàm illa: vt omittam, durè τὸν ἐσθίοντα opponi τῷ κακῶς διακειμένῳ. Vtrouis autẽ modo exponamus, illud .μὴ κακῶς ἔχε, suspectum est.



EX PHILIPPIDE.

Αἰσχρὰν γυναῖκ᾽ ἔγημας, ἀλλὰ πλουσίαν
Κάθευδ᾽ ἀηδῶς, ἡδέως μισούμενος·

INTERPR.

Fœdæ es maritus coniugis, sed diuitis:
Insuauiter dormito, nesciens suauiter

EX EODEM.

Ὅταν ἀτυχεῖν σοι συμπέσῃ τι δέσποτα,
Εὐριπίδου μνήσθητι σὺ, καὶ ῥᾴων ἔσῃ,
ΟΥΚ ἔστιν ὅστις πάντ᾽ ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.
Εἶναι δ᾽ ὑπόλαβε καί σε τῶν πολλῶν ἕνα.

INTERPR.

Aduersa tibi si fortè sors here ingruat,
Euripidis memento, mœrorē ut leues,
BEATVS omni ex parte nullus usquiam.
Vnum esse de multis putato te quoque.



EX POSIDIPPO.

Ἔργον γε λύπην ἐκφυγεῖν· ἡ δ' ἡμέρα
Ἀεί τι καινὸν εἰς τὸ φροντίζειν φέρει.

INTERPR.

Difficile mœrorē effugere: dies enim
Subinde curas procreat nobis nouas.

EX EODEM.

Ὁ μὴ πεπλευκὼς οὐδὲν ἑώρακεν κακόν.
Τῶν μονομαχούντων ἐσμὲν ἀθλιώτεροι.

INTERPR.

Qui nauigauit nunquā, is ignarus mali.
Esse gladiatorē miseria leuior est.
Vel,
Certare satius singulari prælio.

EX EODEM.

Τὴν χλανίδα πάντες, (ὡς ἔοικεν) οὐκ ἐμὲ
Προσηγόρευον. οὐδὲ εἷς νῦν μοι λαλεῖ.

INTERPR.

Chlænā alloquebantur meā, non me, antea.

Haud nanque quisquã uerba nunc mibi facit.

EX EODEM.

Ὧν τοῖς θεοῖς ἄνθρωπος εὔχεται τυχεῖν,
Τῆς ἀθανασίας κρεῖττον οὐδὲν εὔχεται.

INTERPR.

Rerũ precatur quas homo à diis omniũ,
Censetur esse maxima, immortalitas.



EX PHOENICIDE.

Μὰ τὴν Ἀφροδίτην, οὐκ ἂν ἀποκρύ-
ψαιμ' ἔτι,
Πυθιάς, ἑταιρεῖν. χαιρέτω. μή μοι λέ-
γε,
Ἀπέτυχον. οὐδὲν πρὸς ἐμέ. καταλῦ-
σαι θέλω.
Εὐθὺς ἐπιχειρήσασα, φίλον εἶχόν τινα
Στρατιωτικόν· διαπαντὸς οὗτος τὰς
μάχας
Ἔλεγεν, ἐδείκνυ ἅμα λέγων τὰ τραύ-
ματα,
Εἰσέφερε δ' οὐδέν. δωρεὰν ἔφη τινὰ
Παρὰ τοῦ βασιλέως λαμβάνειν, καὶ
ταῦτ' ἀεὶ
Ἔλεγε. διὰ ταύτην ἣν λέγω τὴν δω-
ρεὰν,
Ἐνιαυτὸν ἔσχε μ' ὁ κακοδαίμων δω-
ρεάν.
Ἀφῆκα τοῦτον. λαμβάνω ἄλλον τινὰ
Ἰατρόν. οὗτος εἰσάγων πολλούς τινας
Ἔτεμν', ἔκαε, πτωχὸς ἦν καὶ δήμιος.
Δεινότερος οὗτος θατέρου μοι κατε-
φαίνε·
Ὁ μὲν διήγημ' ἔλεγεν, ὁ δ' ἐποίει νε-
κρούς.
Τρίτῳ συνέζευξ' ἡ τύχη με φιλοσόφῳ
Πώγων' ἔχοντι καὶ τρίβωνα. καὶ λόγον

Εἰς ϖρῶτον ἦλθεν ἐμπεσοῦσα διὰ κε-
νόν·
Οὐδὲν ἐδίδου πώ· εἰ δέ τ' αἰτοίην, ἔ-
φη
Οὐκ ἀγαθὸν ἐστὶ τἀργύριον. ἔστω κε-
νόν·
Διὰ τοῦτο δός μοι, φίλτον. οὐκ ἐπείθετο.

INTERPR.

*Volo Ædepol meretriciā hanc artem
meam
Desinere, Pythias. valeat. ipsa uideris,
Quæ nacta sis fortē bonā. quid me hoc
iuuat?
Planè huic uolo arti nuntiū remittere.
Nanque profiteri cœpi eā quo tēpore,
A quodā amari contigit me milite,
Qui iactitabat usque & usque prœ-
lia,
Simulque multa proferebat uulnera,
Sed afferebat nil: sibi dona pollicens
A rege (vt inquiebat ille) plurima.
Quæ dona propter, ille consuetudinē
Dona per annū accepit integrū meā.
Cū n reliqui, atque medico me tradidi:
Totos secabat ille & urebat dies,
Plerosque: pauper atque carnifex e-
rat.
Exhorrui ergo magis eū quàm mili-
tem:
Narrabat hic, at ille patrabat neces.*

Sors copulauit philosopho me tertio,
Cui barba, palliũ, simúlque uerba e-
rant.
In calamitatẽ maximã tunc incidi.
Dabat ille nil: pecuniã at si poscerem,
Aiebat esse rẽ malã. sit ita: ideo
Hanc abiice, mihi relinque. denega-
bat id.

Cogor & in hos versus aliquid annotare, quum alioqui his minus celebrium comicorum locis annotationes nullas adiungere statuissem. Cogor autem, quòd interpretationis meæ rationẽ reddẽdã lectori esse censeam, in qua minimè eam sequor lectionem quam in tertio versu Græco habent vulgatæ editiones. quum enim ibi legatur ἀπέτυχον, ego contrà non solùm persuasum habeo, sed affirmare audeo legi debere ἐπέτυχον, quod ei contrarium est. Quàm bene autem procedat totius loci sententia, ita legendo, potest quidem fortassis & ex illa mea interpretatione patere, libet tamẽ apertius & latius hîc declarare. Phœnicides irridere tria hominum genera volẽs, nimirum milites, medicos, philosophos, inducit meretricem quãdam dicentem sodali suæ, se velle meretriciam artem desinere, quòd sua cum his tribus hominum generibus consuetudo malè sibi ce-

rit. Sodalem igitur (cui nomen Pythias, quod apud Terentiũ ancillæ est nomẽ) cõpellãs, dicit, Per Venerem, non possum in animum meum inducere vt meretriciam artem persequar. (vel, Omnino iam meretriciæ artis pertæsum est) Valeat. (subaudio, ais illa) Nec verò te oportet mihi respondere, te compotem voti fuisse, vel Prosperam tibi sortem in hac arte fuisse (Vel, Feliciter tibi hanc artem cessisse: Aut, Tibi hac in arte exercenda omnia ex animi sententia euenisse) Hoc nihil ad me. (q.d. Tua felicitas nõ leuat nec solatur meã miseriã) Omnino certum est artem hãc desinere. Postea narrat quomodo tres trium diuersarum artium amatores habuerit, & cum nullo rem facere potuerit. At in vulgata interpretatione quæ est ad verbum, ἀπέτυχον retinẽdo, pro eo ponitur Excidi: & pro μή μοι λέγε, ibi habetur Ne mihi quicquam dixeris: addendo videlicet vocem hãc Quicquã, quòd alioqui nullus videretur ex verbis illis posse elici sensus. Sed & hæc verba, Nihil ad me, quem hîc locum habebũt, verbo Excidi subiuncta? Denique plurima lectionẽ hanc ἀπέτυχον comitari videntur incõmoda, illa cõtrà ἐπέτυχον ioco huic esse accommodatissima. Existimo autẽ cum χαίρέτω subaudiẽdũ

esse infinitiuum præcedétem cum articulo τό: vt perinde sit ac si dictum foret, χαιρέτω τὸ ἑταιρεῖν. nihil enim animo meo in præsentia occurrit quod aptius subaudiri possit. Quod autẽ attinet ad illa verba, οὐκ ἂν ὑπομείναιμ' ἔτι, eorũ vim quam in mea interpretatione non expresseram (vtpote quę metri angustiis premeretur) declaraui paulo antè. Sed Gallicè clarius etiam & significantius vis verbi ὑπομεῖναι reddi posse videtur, necnõ quæ proximè sequuntur: hoc modo, *Or voila, ie n'ay plus nul courage de poursuiure mõ mestier. Tu m'as beau dire que tu as bien rencontré.* (vel *que tu t'en es bien trouuee*) *Que me fait cela?* Sciendum est autem vt hîc dicit ista apud Phœnicidem, οὐκ ἂν ὑπομείναιμ' ἔτι ἑταιρεῖν, & καταλῦσαι θέλω, sic Machonem de Gnathænio, quæ eandem exercebat artem, dicere,

Καταλελυκυίας τὸ Γναθαίνιον σχεδὸν,
Οὐκέτι θ' ἑταιρεῖν ὑπομενούσης.

Atque ideo siquis simpliciore illa interpretatione contentus nõ est, in qua non expressi οὐκ ἂν ὑπομείναιμι, nec iusiurandum: istam in eius locũ substituat, (sed in qua mihi permisi ex vno Græco versu duos Latinos facere)

Non amplius sustinuerim (*ita Venus*

me amet)
Meretriciã artẽ factitare ut antea.
Tunc autem tertius esset hic,
Ars illa valeat Pythias. ipsa videris.
Quartus autem & sequentes, quales suprá.



EX SOTADE.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.

Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ κρατῇ πάρεισθι.

Ἂν εὐειμάτῃς, ταῦτα πρὸ σοῦ πρόβατον εἶχεν.

Ἂν χρυσοφορῇς, τοῦτο τύχης ἐστὶν ἔπαρμα·

Ἂν πλούσιος ᾖς, τοῦτο χρόνου ἀδικίας ἰσχύς.

Ἂν ἀλαζονῇς, τοῦτ' ἀνοίας ἐστὶ φρύαγμα.

Ἂν δὲ σωφρονῇς, τοῦτο θεῶν δῶρον ἐν ὑπαρχῇ.

Ἡ σωφροσύνη πάρεστιν, ἐὰν μετρῇς σεαυτόν.

INTERPR.

Rex sis licet, mortalis audias tamen.

Si grande despuis, tibi pituita inest.

Pulchróśne pannos indueris? hos ante te

Ouicula tulerat. at es auro splendidus?

Fortuna insitũ nẽpe te extulit gradũ.

Es diues? id iniqua est potentia tẽporis.

Es insolens? fremere facit te amentia.

At es modestus: hoc deûm munus puta.
Modestia autē uera tunc erit tibi,
Si metiare te pede ac modulo tuo.



EX TIMOCLE.

Ἀγορὰν ἰδεῖν ὄψων, εὐπορουμένῳ μὲν
Ἥδιστον· ἂν δ' ἀπορῇ τις, ἀθλιώτατον.

INTERPR.

Forũ refertũ conspicari opsoniis,
Est dulce diuiti, est acerbũ pauperi.

EX EODEM.

Ὦ τᾶν ἄκουσον ἤν τί σοι δοκῶ λέγειν.
Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον ἐπίπονον φύσει,
Καὶ πολλὰ λυπηρὰ ὁ βίος ἐν ἑαυτῷ φέρει·
Παραψυχὰς οὖν φροντίδων ἀνεύρετο
Ταύτας. ὁ γὰρ νοῦς τῶν ἰδίων λήθην λαβὼν,
Πρὸς ἀλλοτρίῳ τε ψυχαγωγηθεὶς πάθει,
Μεθ' ἡδονῆς ἀπῆλθε, παιδευθεὶς θ' ἅμα.
Τοὺς γὰρ τραγῳδοὺς πρῶτον, εἰ βούλει, σκόπει,
Ὡς ὠφελοῦσι πάντας. ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης,
Πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον

Γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.
Ὀνόσεῖ δὲ μανικῶς, Ἀλκμαίων' ἐσκέψατο.
Ὀφθαλμιᾷ τις; Οἰδίπουν ἐνιδὲ τυφλόν.
Τέθνηκέ τῳ παῖς; ἡ Νιόβη κεκούφικε.
Χωλός τις ἐστί; τὸν Φιλοκτήτην ὁρᾷ.
Γέρων τις ἀτυχεῖ; κατέμαθε τὸν Οἰνέα.
Ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις
Ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος;
Τὰς αὐτὸς αὑτοῦ συμφορὰς ῥᾷον φέρει.

INTERPR.

Aduerte quæso num quod ex vsu est loquar.
Est calamitosum animal sua natura homo,
Multásque secũ vita fert molestias.
Mali leuamen repperit sed hoc sui,
Vt calamitatis immemor iã mẽs suę,
Habénsque ab alieno malo solatia,
Documẽta capiat, recreata paululũ.
Primùm tragœdi quanta cõmoda afferant,
Perpẽde, sodes. Siquis est pauperculus,
Maiore pressum si videbit Telephũ
Mendicitate, lenius suam feret
Mendicitatẽ. insanus éstne quispiam?
Furiosũ is Alcmæona proponit sibi.

Captus quis oculis? aspicit cæcum OEdipū.
Gnatus obiit? Niobe dabit solatiū.
Claudus aliquisne est? is Philoctetē aspicit.
Miser aliquis senex? tuetur OEneū.
Alterius etenim quisquis ærūnas viri
Esse grauiores viderit quàm sint suæ,
Animo æquiore miserias feret suas.



EX XENARCHO.

Εἶτ' εἰσὶν οἱ τέττιγες οὐκ εὐδαίμονες,
Ὧν ταῖς γυναιξὶν οὐδ' ὁτιοῦν φωνῆς
ἔνι;

INTERPR.

Annon cicadis vita felicissima,
Quibus carentes voce prorsus con-
iuges?



CATALOGVS COMICORVM GRAEcorum è quibus excerpti sunt præcedentes versus:

Addito numero paginæ à qua singulorū versus initium sumunt.

Nonnulli etiam loci quorundam præcedentibus adiecti sunt.

ALEXIDIS VERSVS, Pag.4.

Quibus adde hos eiusdem,

Ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν
σφόδρα
Παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιὸν, ἄνδρα δὲ
Μὴ τὸν παλαιὸν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

Id est,

Absurda res est, vetera vina quòd placent
Meretricibus, amatore sed contrà sene
Gaudere nequeunt, iuuene sed tantūmodo.

EIVSDEM.

Ἔγωγε τοῦ τὰ δέοντ' ἔχειν ἐρῶ·
Τὰ περιττὰ μισῶ. τοῖς ὑπερβάλλουσι γὰρ
Τέρψεις μὲν οὐκ ἔνεστι, πολυτέλεια δέ.

id est,

Habere cupio vita quibus ipsa indiget:
Odi supervacua. voluptatis etenim
Nil his inest, sed sola sumptuositas.

Sed tertius versus inuenitur hoc etiam scriptus modo

Δαπάνη περίεργος, ἡδονὴ δ' οὐδ' ἡτισοῦν.

Quæ lectio sicui magis placet (eúdem alioqui sensum efficiens) sequatur alteram hanc meam interpretationem,

Odi supervacua. voluptas est enim
Haud vlla, sumptus sunt sed his tantummodo.

EIVSDEM.

Εἶτ' οὐχ ἁπάντων ἐστὶ τὸ μεθύειν κακῶν
Μέγιστον ἀνθρώποισι, καὶ βλαβερώτατον;

id est,

Temulentia ergo nonne maximum omnium
Malorũ hominibus pariter & teterrimum?

EIVSDEM

Κἂν εὐτυχῇ τις, ὡς ἔοικε, προσδοκᾶν
Ἀεί τι δεῖ, καὶ μή τι πιστεύειν τύχῃ.

id est,

Fortuna quamuis sit tibi prosperrima,
Semper aliquid timeto, diffidens ei.

EIVSDEM.

Τῶν γὰρ ἀγαθῶν τὸν πλοῦτον ὕστατον
τίθει.
Ἀβεβαιότατον γάρ ἐστιν ὧν κεκτήμεθα.

id est,

Opes bonorũ iudica omniũ vltimas.
Nam poßidemus nil eis incertius.

AMPHIDIS VERSVS,
Pag. 12.

ANAXANDRIDIS V.
Pag. 19.

ANTIPHANIS VERS.
Pag. 26.

Quibus adde hos eiusdem,

Καλῶς πένεσθαι μᾶλλον ἢ πλουτεῖν
κακῶς.
Τὸ μὲν γὰρ ἔλεον, τὸ δ᾽ ἐπιτίμησιν φέ-
ρει.

id eſt,

Inopia honeſta potior opibus improbis.

Opprobrio hæ ſunt, miſericordiã hæc monet.

EIVSDEM.

Ὁ πλοῦτός ἐςι παρακάλυμμα τῶν κακῶν,

Ὦ μῆτερ, ἡ πενία δ' ἐμφανὲς καὶ ταπεινόν.

id eſt,

Mala obteguntur opibus, vt velamine,

Inopia, conſpicua omnibus res & humilis.

EIVSDEM.

Ὀφθαλμιῶν ἄνθρωπος ἰσχυρῶς, κακὰ

Πάμπολλα πάσχων, ἓν ἀγαθὸν πάσχει μόνον,

Ὅτι οὐχ ὁρᾷ γυναῖκα τοῦτον τὸν χρόνον.

id eſt,

Morbus oculorum quem premit grauiſſimus,

Hoc ille multis in malis habet boni,

Nullam intuetur interim quòd fœminam.

APOLLODORI V.
Pag.50.

AXIONICI VERSVS,
Pag.418.

BATHONIS VERSVS,
Pag.419.

CLEARCHI VERS.
Pag.420.

CRATETIS VERSVS,
Pag.421.

CROBYLI VERSVS,
Pag.423.

DIODORI VERSVS,
Pag.424.

DIONYSII VERSVS,
Pag. 425.

DIPHILI VERSVS,
Pag. 63.

Quibus adde hos eiusdem,

Ἄνθρωπός εἰμι. τοῦτο δ' αὐτῷ τῷ
βίῳ
Πρόφασιν μεγίστην εἰς τὸ λυπεῖσθαι
φέρει.

(sed malim τοῦτο δ' αὐτὸ)

Id est,

Homo sum: idipsum luctuum mortalibus
Occasionem suggerit quàmaximam.

EIVSDEM.

Οὕτως ἄνανδρος γέγονας; οὐκ εὐψυχία
Τοῦτ' ἔστιν ὃ ποιεῖς νῦν, ἀλλ' ἀναν-
δρία,
Τὸ μὴ δύνασθαι καρτερεῖν λυπού-
μενον.

Id est,

Ignauus adeo es? nanque fortitudinis
Non est ita agere, sed potius ignauię,
Sibi temperare nequire quū mæror premit.

EPHIPPI VERSVS,
Pag. 426.

ERIPHI VERSVS,
Pag. 427.

EVBVLI VERSVS,
Pag. 428.

EVPHRONIS VERS.
Pag. 431.

HERMIPPI VERSVS,
Pag. 432.

HIPPARCHI VERS.
Pag. 433.

MENANDRI VERS.
Pag. 89.

Quibus adde hos eiusdem,

Ἀλλ' ὅταν ἱερῶντα νοῦν ἔχειν τὶς ἀ-
ξιοῖ.

Παρὰ τίνι τὸ αἰόντον οὗτος ὄψεται;

id eſt,

Cauere amantes mente ſiquis non putat,
Quos eſſe potius mentis expertes putet?

Sed extat & alia lectio in poſteriore verſu, videlicet ἀνόνητον pro ἀνόητον. Qua mendoſa lectione deceptus quidam ita interpr. hunc locum oratione ſoluta, At quum amantem vt ſapiat quis hortatur, in quo ſuam operam perdet is cernet.

EIVSDEM.

Ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται.
Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος,
Κακῶς ἐμέμφθης. καὶ γὰρ εἰ φρονεῖν ἔχω,
Κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.

(Dico autem eſſe eiuſdem Menandri hos verſus, ſi non mentiuntur quæ vidi exemplaria, quorum mihi quidem ſuſpecta hîc eſt fides, qui Euripideos eſſe ſuſpicor)

id eſt,

Seruire quiduis cogitur prudentiæ.
Meúmque corpus debile atque muliebre
Non iure culpas. nanque habens pru-

dentiam,
Habeo quod alacri brachio est potentius.

EIVSDEM.

Ὁ προκαταγινώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς πονηρός ἐστι, πιστεύσας κακῶς.

id est,

Quicunque damnat, rémque non planè audiit,
Est improbus vir, ideo quòd credit malè.

EIVSDEM.

Πολλοὺς δι᾽ ἀνάγκην οἶδ᾽ ἐγὼ πονηροὺς
Ὅταν ἀτυχήσωσιν, γεγονότας, οὐ φύσει
Ὄντας τοιούτους.

Id est,

Multos necessitate factos improbos
Scio, premente sorte, nec naturę eos
Tales fuisse sponte.

EIVSDEM.

Τὸ γαμεῖν, ἐάν τις τὴν ἀλήθειαν σκοπῇ,
Κακὸν μέν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἀναγκαῖον κακόν.

Id est,

Est ducere vxorem, malum: (vera vt loquar)
Malum necessarium putari sed dec-

NICOSTRATI VERS.

Pag. 434.

PHERECRATIS V.

Pag. 435.

PHILEMONIS VERS.

Pag. 369.

Quibus adde hos eiusdem,

Ἐγὼ τὸν ἀγρὸν ἰατρὸν ἐλελήθειν ἔχων.
Τρέφει γὰρ οὗτος ὥσπερ ἀῤῥωστοῦντά με,
Σιτάρια μικρὰ προσφέρων, οἴνου δ' ὅσον
Ὀσμὴν. λαχάνων ἄγρ' ἄττα, καὶ νὴ τὸν Δία
Τὰ πετραῖα ταῦτ' ὀψάρια, κάππαριν, θύμον,
Κ' ἀσπάραγον. αὐτὰ ταῦτα καὶ δέδοικα μὴ
Λίαν ἐπιχραίνοντά με ποιῇ νεκρόν.

Id est,

Mihi medicũ eße nesciebã agrũ meũ.
Menanque nutrit sicut ægrotũ, exhibens
Cibaria exigua, amplius nec largiens
Vini quàm odorẽ. dat olera. mihi, opsonia

Dat saxatilia: capparin quoque & thymum,
Et asparagō. hæc metuo ne corpus meū
Sic gracile reddāt, cogar vt tādēmori.

At verò in vulg. interpretatione quæ edita est oratione soluta, ineptissimè redditur primus versus his verbis, Agrū vice medici habēs accesseram: (quasi verò nihil sit inter ἐληλύθειν & ἐληλύθειν discriminis, aut ἐληλύθειν quod est Accesseram vel Veneram, vllum hîc locum habere possit) vt omittā cæteras quas in sequentibus habet ineptias. Sed & mendosi sunt ibi suáque carentēs mensura tres postremi versus. Cæterùm elegāter & Demosthenes λήμματα quædam comparat extenuatrici illi victus rationi quam medicis præscribunt, quæ οὔτε ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ.

PHILIPPI VERSVS,
Pag. 436.

PHILIPPIDIS VERS.
Pag. 438.

PHOENICIDIS V.
Pag. 441.

COMICORVM LATINORVM

Sententiæ, & ea quibus vsi sunt prouerbia.

EX COMOEDIIS duorum qui extant, & ex comœdiarum fragmẽtis eorum qui interciderunt.

PVBLII SYRI MIMI.



EX M. ACCIO PLAVTO.

EX AMPHITRYONE IN PROLOGO.

Virtute ambire oportet, non fa
uitoribus.
Sat habet fauitorum semper, qui rectè facit,
Si illis fides est quibus est ea res in manu.

ACTVS I, SCENA I.

Opulento homini hoc magis ser
uitus dura est, (uos,
Hoc magis miser est diuitis ser-
Noctésque diésque assiduo satis supérque est
Quo facto aut dicto adest opus quietus ne sis.
Ipse dominus diues operis & laboris expers,
Quodcunque homini accidit, libere posse retur:
AEquom esse putat: non reputat laboris quid sit:
Nec æquom ánne iniquom imperet, cogitabit.

Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.
Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.

ACT. 1, SC. 3.

Vbi summus imperator nō adest ad exercitum,
Citius quod non facto 'st vsus fit, quàm quod facto 'st opus.

ACT. 2, SC. 2.

Satín' parua res est voluptatum in vita, atque in ętate
Agunda, præ quàm quod molestū est? ita quoque comparatum
Est in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati vt mœror
Comes consequatur: quin incommodi plus malíque illico
Adsit, boni si obtigit quid.

IBIDEM.

Virtus præmiū est optimum: virtus omnibus
Rebus anteit profectó. Libertas, salus, vita,
Res, parentes, patria, & prognati tutantur, seruantur:
Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona, quem penes est virtus.

IBIDEM.

-haud æquom facit
Qui quod didicit, id dediſcit.

IBIDEM.

Hei etiam tu quoque aſſentaris
huic? S. Quid vis fieri?
Nõ tu ſcis? bacchæ bacchãti ſi ve-
lis aduerſarier,
Ex inſana inſaniorem facies: fe-
riet ſæpius:
Sin obſequaris, vna te ſoluas pla
ga.

IBIDEM.

-Certa res
Hanc eſt obiurgare, quæ me ho-
die aduenientem domum
Noluerit ſalutare. S. Irritabis
crabrones.

IBIDEM.

-Quæ non deliquit, decet
Audacem eſſe, & cõfidenter pro
ſe & proterue loqui.

IBIDEM.

Non ego illam mihi dotem du-
co eſſe quæ dos dicitur:
Sed pudicitiam & pudorem, &
ſedatum cupidinem,
Deûm metum, parẽtum amorẽ,
& cognatûm concordiam.

Tibi morigera, atque vt munifi
ca sim bonis, protim probis.

ACT. 3, SC. 2.

Nam in hominum ætate multa
euen iunt huiusmodi:
Capiunt voluptates, capiunt rur-
sum miserias:
Iræ interueniũt, redeũt rursum
in gratiam.
Verùm iræ liquæ fortè eueniunt
huiusm̃odi
Inter eos, rursum si reuentum in
gratiam est,
Bis tãto amici sunt inter se quàm
priùs.

ACT. 3, SC. 3.

-Ita seruom par videtur frugi se-
se instituere,
Perinde vt heri, ipse item sit: vol-
tum è voltu comparet.
Tristis sit, si heri sint tristes: hila-
rus sit si gaudeant.

ACT. 4, SC. 3.

-vetus' st adagiu, Fames & mora
Bilem in nasum conciunt.

EX ASINARIA.

ACT. I, SC. I.

Num me illuc ducis vbi lapis lapidem terit?

IBIDEM.

Argētum accepi dote, imperium vendidi.

IBIDEM.

D. Me defraudato. L. maxumas nugas agis:
Nudo detrahere vestimenta me iubes.
Defrudem te ego? age sis, tu sine pennis vola.
Téne ego defrudem, quoi ipsi nihil est in manu?

IBIDEM.

Iubeas vna opera me piscari in aere,
Venari autē iaculo apros in medio mari.

ACT. I, SC. 2.

-te perdam ego & filiam,
Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.
Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum:

Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis, prolim probis.

ACT. 3, SC. 2.

Nam in hominum ætate multa eueniunt huiusmodi:
Capiunt voluptates, capiunt rursum miserias:
Iræ interueniũt, redeũnt rursum in gratiam.
Verùm iræ siquæ fortè eueniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tãto amici sunt inter se quàm priùs.

ACT. 3, SC. 3.

-Ita seruom par videtur frugi sese instituere,
Perinde vt heri, ipse item sit: voltum è voltu comparet.
Tristis sit, si heri sint tristes: hilarus sit si gaudeant.

ACT. 4, SC. 3.

-vetus' st adagiu, Fames & mora
Bilem in nasum conciunt.

EX ASINARIA.

ACT. I, SC. I.

Num me illuc ducis vbi lapis lapidem terit?

IBIDEM.

Argẽtum accepi dote, imperium vendidi.

IBIDEM.

D. Me defraudato. L. maxumas nugas agis:
Nudo detrahere vestimenta me iubes.
Defrudem te ego? age sis, tu sine pennis vola.
Téne ego defrudem, quoi ipsi nihil est in manu?

IBIDEM.

Iubeas vna opera me piscari in aere,
Venari autẽ iaculo apros in medio mari.

ACT. I, SC. 2.

-te perdam ego & filiam,
Perlecebræ, pernicies, adolescentum exitium.
Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum:

Nam in mari repperi : hic elavi bonis.

ACT. I. SC. 3.

Par pari datum hostimentú est, opera pro pecunia.

IBIDEM.

Quasi piscis, itidé amator lenæ, nequam est nisi recens :
Is habet succum, is suauitatem, cú quouis pacto condias,
Vel patinarium, vel assum: vorses quo pacto lubet.
Is dare volt, is se aliquid posci, ná vbi de pleno promitur,
Neque ille scit quid det, quid damni faciat, ille rei studet.
Volt placere sese amicæ, volt mihi, volt pedisequæ,
Volt famulis, volt etiam ancillis: & quoque catulo meo
Subblanditur nouos amator, se vt quom videat, gaudeat.
Vera dico, ad suum quenque hominem quæstum esse æquom est callidum.

IBIDEM.

Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo:
Cætera quæ volumus vti, Græca

mercamur fide.

IBIDEM.

Quum à pistore panē petimus, vinum ex œnopolio,
Si æs habent, dant mercem: eadē nos disciplina vtimur.
Semper oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod vident.
Vetus est, Nihili coactio.

IBIDEM.

Hic noster quæstus, aucupii simillimu' st.
Auceps quādo concinnauit areā, effundit cibum, aues
Assuescūt. necesse est facere sumptum qui quærit lucrum.
Sępe edunt: semel si sunt captæ, rē soluunt aucupi.
Itidem hîc apud nos: ædis nobis area est, auceps sum ego:
Esca est meretrix, lectus illex est, amatores aues.
Bene salutando consuescunt, cō pellando blanditer.

IBIDEM.

Portitorum simillumæ sunt ianuæ lenoniæ:
Si affers, tū patent: si nō est quod

des, ædes non patent.

ACT. 2, SC. 2.

Nam si huic occasioni tempus se
subterduxerit,
Nunquam pol indipiscet quadri-
gis albis postea.

IBIDEM.

Non placet, pro monstro extem-
plo est, quãdo qui sudat tremit.

IBIDEM.

Hé ista virtus est, quando vsu'st,
qui malum fers fortiter.
Fortiter malũm qui patitũr, idẽ
pòst potitũr bonum.

ACT. 2, SC. 4.

-Nõ decet superbum esse homi-
nem seruom.

IBIDEM.

Lupus est homo homini, non
homo, quom qualis sit, non
nouit.

ACT. 3, SC. 3.

-Vt miser est homo qui amat.
L i. Immo hercle verò
Qui pendet, multo est miserior.

IBIDEM.

Nõ eadem omnia æquè omnib⁹ here suauia esse scito.

IBIDEM.

Vt cõsuevere, homines salus frustratur, & fortuna.

ACT. 5, SC. 1.

Decet verecundum esse adolescentem.

ACT. 5, SC. 3.

Nec quisquã est tam ingenio duro, nec tam firmo pectore,
Quin vbi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.

ACT. I, SC. I.

Si hercle tu ex iſtoc loco
Digitum tranſuerſum aut vnguẽ
latum exceſſeris.

ACT. I, SC. 2.

Non eſt veriſimile hominẽ pau
perem
Pauxillum paruifacere, quin nũ-
mum petat.

ACT. I, SC. 3.

Nam multum loquaces meritò
omnes habemur.
Nec mutam profectò repertam
vllam eſſe
Hodie dicunt mulierem vllo in
ſeculo.

IBIDEM.

Quia mihi miſero cerebrũ excu-
tiũt tua dicta, ſoror. lapides lo
queris.

IBIDEM.

Iſtas magnas factiones, animos,
dotes dapſiles,
Clamores, imperia, eburata vehi
cula, pallas, purpuram
Nihil moror, quæ in ſeruitutem
ſumptibus redigunt viros.

Egomet ſum hîc, animus domi eſt.

IBIDEM.

Pol ſi animus eſt æquus tibi, ſatis habes qui bene vitam colas.

IBIDEM.

Nunc petit quom pollicetur: inhiat aurum vt deuoret.
Altera manu fert lapidem, panẽ oſtentat altera.
Nemini credo, qui largè blandus eſt diues pauperi.
Vbi manum iniicit benignè, ibi onerat aliquam zamiam.
Ego iſtos noui polypos, qui, vbi quid tetigerint, tenent.

IBIDEM.

Hoc magnũ eſt periculũ, me ab aſinis ad boues tranſcendere.

IBIDEM.

Eã deſponde mihi. E. At nihil dotis eſt quod dẽ. M. Ne duis.
Dummodo morata rectè veniat, dotata eſt ſatis.

IBIDEM.

Nam ſi opulentos it petitũ pau-

perioris gratiam,
Pauper metuit congredi, ac per metum malè rem gerit:
Idem quādo illæc occasio periit, pòst serò cupit.

IBIDEM.

Dii immortales, aurum obsecro quid valet!
Credo ego iam illum inaudiisse mihi esse thesaurum domi, id
Inhiat, ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

ACT. 2, SC. 5.

-festo die siquid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.

ACT. 3, SC. 4.

-di immortales facinus audax incipit,
Qui cum opulento pauper cœpit rem habere aut negotium.

ACT. 3, SC. 5.

Nam meo quidem animo, si idē faciant cæteri
Opulentiores, pauperiorum filias
Vt indotatas ducant vxores do-

mum,
Et multo fiat ciuitas concordior,
Et inuidia nos minore vtamur quàm vtimur:
Et illę malā rem metuant, quàm metuunt, magis:
Et nos minore sũptusimus quàm sumus.
In maxumam illuc populi partē est optumum, (est:
In paucioris auidos, altercatio
Quorum animis auidis atque insatietatibus,
Neque lex neque tutor capere est qui possit modum.

IBIDEM.

Nam quæ indotata' st, ea'in potestate 'st viri:
Dotatæ mactant & malo & damno viros.

ACT. 3, SC. 6.

Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet:
Quin exta inspicere in sole etiã viuo licet:
Ita is pellucet quasi laterna Punica.

ACT. 4, SC. 1.

Hoc est serui facinus frugi facere

quod ego persequor,
Ne moræ molestiæque imperiū
herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia ser-
uire seruos postulat,
In herum matura, in se sera con-
decet capessere.
Sin dormitet, ita dormitet, ser-
uom sese vt cogitet.
Nam qui amanti hero seruitutē
seruit, quasi ego seruio,
Si herum videt superare amorē
hoc serui officium reor,
Retinere ad salutem, nō eū quò
incumbat, eò impellere.
Quasi pueri qui nare discūt, scir-
pea inducitur ratis,
Quî laborent minus, facilius vt
nent, & moueant manus:
Eodem modo seruom ratem esse
amanti hero æquom censeo,
Vt toleret, ne pessum abeat: tan
quam
Imperium herile discat, vt quod
non os velit, oculi sciant:
Quod iubeat, citis quadrigis ci-
tius properet persequi.
Qui ea curabit, abstinebit censio
næ bubula,
Nec sua opera rediget vnquā in
splendorem compedes.

ACT. 4, SC. 10.

-nimis vile est vinum atque amor,
Si ebrio atque amanti impunè facere quod lubeat, licet.

IBIDEM.

Qui homo culpam admisit in se, nullus est tam parui pretii
Quin pudeat, quin purget sese.

ACT. 5, SC. 1.

Repperi. L. quid repperisti?
S. non quod pueri clamitant
In faba se repperisse.

EX CAPTEIVEIS.

IN PROLOGO.

Enimuero di nos, quasi pilas, homines habent.

IBIDEM.

Imprudens itidem, & sæpe iam in multis locis
Plus insciens quis fecit, quàm prudens boni.

ACT. 1, SC. 1.

Quasi mures semper edimus alienum cibum.

Vbi res prolatæ sunt, quum rus
homines eunt,
Simul prolatæ res sunt nostris
dentibus.
Quasi quum caletur, cochleæ in
occulto latent,
Suo sibi succo viuunt, ros si non
cadit:
Item parasiti rebus prolatis latét,
In occulto miseri victitant succo
suo.

ACT. I, SC. 2.

Liber captiuus auis ferè consi-
milis est:
Semel fugiédi si data est occasio,
Satis est: nunquam pòst illa po-
ssis prendere.
Omnes profectò liberi lubentius
Sumus quàm seruimus.

IBIDEM.

Nulla est iuuentutis spes, sese o-
mnes amant.
Ille demum antiquis est adole-
scens moribus,
Cuius nunquam voltum tran-
quillaui gratiis.

IBIDEM.

Tũ denique homines nostra in-
telligimus bona,
Quum quæ in potestate habui-
mus, ea amisimus.

IBIDEM.

Vt sæpe summa ingenia in occul
to latent!
Hic qualis imperator! nunc pri-
uatus est.

ACT. 2, SC. 1

Indigna digna habenda sunt he-
rus quæ facit.

IBIDEM.

Eiulatione haud opus est, oculis
multam miserriam additis.
In re mala animo si bono vtare
adiuuat.

IBIDEM.

Nam doli non doli sunt, ni astu
colas:
Sed malum maxumũ, si id palàm
prouenit.

IBIDEM.

Nam ferè maxuma pars morem
hunc omnes habent: quod sid
volunt,
Dum id impetrant, boni sunt: sed
vbi iam penes sese habent,
Ex bonis pessumi & fraudulen-
tissumi
Sunt.

ACT. 2, SC. 2.

Qui cauet ne decipiatur, vix ca-
uet quem etiam cauet:

Etiã quom cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est.

IBIDEM.

Proxumũ quod sit bono, quódque à malo longissumè, Id volo.

IB.

Quid diuitiæ? súntne optumæ? P. vnde excoquat seuom senex.

IB.

Fortuna humana fingit, artátque vt lubet.
Me, qui liber fueram, seruom fecit, è summo infimum.
Qui imperare insueueram, nunc alterius imperio obsequor.

IBIDEM.

Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus, audítque & videt.
Is, vti tu me hîc habueris, perinde illum illic curauerit.
Bene meréti bene profuerit, malè merenti par erit.

IBIDEM.

Non ego omnino lucrum omne esse vtile homini existumo.
Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit.
Est etiam vbi profectò damnum præstet facere quàm lucrum.
Odi ego aurum, multa multis sæ

pe suasit perperam.

ACT. 2, SC. 3.

Meus mihi, suus quoique est charus.

ACT. 3, SC. 1.

Miser homo est, qui ipse sibi quod edat quærit, & id ægrê inuenit.

Sed ille est miserior, qui & ægrè quærit, & nihil inuenit.

Ille miserrimus est, qui quom esse cupit, quod edat non habet.

IBIDEM.

-sese omnes amant.

ACT. 3, SC. 4.

Quia tute ipse eges in patria, nec tibi quî viuas domi est,

Omneis inuenire simileis tibi vis. non mirum facis:

Est miserorum, vt maleuolentes sint, atque inuideant bonis.

IBIDEM.

-nunc ego omnino occidi:

Nunc ego inter sacrum saxúmque sto, nec quid faciam scio.

IBIDEM.

Satin' me illi hodie scelesti captiui ceperunt dolo?

Illic seruom se assimulabat, hic
sese autem liberum.
Nucleum amisi, reliquit pignori
putamina.

ACT. 3, SC. 5.

At vt confidenter mihi contrà a-
stitit!
Decet innocentem seruom atque
innoxium,
Confidentem esse suum apud he-
rum potissumum.

IB.

Qui per virtutem peritat, non pol
interit.

ACT. 5, SC. 3.

Cur ego te nō noui? s. quia mos
est obliuisci hominibus,
Neque nouisse quoius nihili sit
faciunda gratia.

EX CVRCVLIONE.

ACT. I, SC. I.

Ita tuum conferto amorem semper, si sapis,
Ne id quod ames, popul⁹ si sciat, tibi sit probro.
Semper curato ne sis intestabilis.
Quod amas, amato testibus præsentibus.

IBIDEM.

Nemo ire quenquam publica prohibet via,
Dum ne per. fundum septum facias semitam.
Dum tete abstineas nupta, vidua, virgine,
Iuuentute & pueris liberis, ama quod lubet.

IB.

Semper, tu scito, flamma fumo est proxuma.
Fumo comburi nihil potest, flamma potest.
Qui è nuce nucleum esse volt, frangit nucem.

IB.

Quisnam hic fluuius est quem non incipiat mare?

ACT. I, SC. 2.

Ædepol qui amat, si eget, mi sera ærumna afficitur.

ACT. I, SC. 3.

Ipsus se excruciat, qui homo quod amat, videt, nec potiri licet.

IBIDEM.

Sed enim nequeo durare quin ego herum accusem meum.
Nam bonũ est pauxillum amare sané: insanè, non solùm bonum est,
Verùm totum insanum amare, hoc est quod meus herus facit.

IBIDEM.

Sibi sua habeant regna reges, sibi diuitias diuites,
Sibi honores, sibi virtutes, sibi pugnas, sibi prælia,
Dum mihi abstineant inuidere: sibi quisque habeat quod suũ est.

IBIDEM

Heus, tu mulier, malè merer de immerente, inscitia est.

IBIDEM.

-nulli est homini perpetuum bonum.

Iam huic voluptati hoc adiunctū odiu 'st.

-noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.

ACT. 2, SC. 1.

Facile 'st miserum irrideri.

ACT. 2, SC. 3.

-nam ita nunc mos viget,
Ita nunc seruitiu 'st, profectò modus haberi non potest.

ACT. 3, SC. 1.

Qui homo maturè quæsiuit pecuniam,
Nisi eam maturè parsit, maturè esurit.

IB.

-meus hic est, hamum vorat.

IB.

Qui monet, quasi adiuuat.

ACT. 4, SC. 2.

-Haud in malè meditantem malè dicassis.
Indignis si malè dicitur, maledictum id esse dico.

IB.

Quoi homini di sunt propitii, lu-

crum ei profectò obiiciunt.

ACT. 4, SC. 4.

.hîc hodie apud me nûquam delinges salem.

ACT. 5, SC. 3.

Argentariis malè credi qui aiunt, nugas prædicant.
Nam & bene & malè credi dico: id adeo hodie ego expert' sum.
Non malè creditur, qui nunquã reddunt, sed prorsus perit.
Velut decem minas dum soluit, omnis mensis transiit.
Postquã nihil fit, clamore hominé posco: ille in ius me vocat
Pessumè metui ne mihi hodie apud prætorem solueret.

EX CASINA.

ACT. 2, SC. 2.

Nam peculii probã nihil habere addecet
Clam viro: & quod habet partũ, ei haud commodi est, quin viro aut subtrahat,
At stupro inuenerit. hoc viri cé-

ſeo eſſe omne, quicquid tuum eſt.

ACT. 2, SC. 3.

Omnibus rebus ego amorem credo,& nitoribus nitidis
Anteuenire: nec pote quicquam cõmemorari quod plus ſalis
Plúſque lepôris habeat hodie. coquos equidem nimis
Demiror, qui tot vtuntur condimentis, eos eo
Condimento vno nõ vtier quod præſtat omnibus.
Nam vbi amor condimentũ inerit, quoiuis placiturum credo:
Neque ſalſũ prorſus, neque ſuaue eſſe poteſt quicquam vbi amor
Non admiſcetur. fel quod eſt amarum, id mel faciet:
Hominem ex triſti lepidum & lenem.

ACT. 2, SC. 4.

Stultitia eſt ei te eſſe triſtem quoius poteſtas plus poteſt.

ACT. 2, SC. 6.

Collatis ſignis depugnabimus.

ACT. 2, SC. 8.

Enimuero huc aures sunt magis
adhibendæ mihi:
Iam ego vno in saltu lepidè a-
pros capiam duos.

ACT. 3, SC. 2.

Non ecastor vili emptu 'st mo-
dius qui vænit salis.

ACT. 3, SC. 3.

Non matronarum est officium
sed meretricum,
Viris alienis, mi vir, subblãdiriet.

ACT. 3, SC. 5.

-sciens de via
In semitam regredere.

EX CISTELLARIA.

ACT. 1, SC. 1.

Nanq; ecastor amor & melle &
felle est fœcundissimus.
Gustu dat dulce, amarum ad sa-
tietatem vsque aggerit.

IBIDEM.

Spissum istud amanti est verbũ,
Veniet, nisi venit.

ACT. I, SC. 3.

Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum.

ACT. 2, SC. I.

Credo ego amorem primùm apud homines carnuficinam commentum:
Hanc de me cõiecturam domi factio, ne foris quæram,
Qui omnes homines supero, atque antideo, cruciabilitatibus.
Iactor, crucior, agitor, stimulor, versor in amoris rota, miser
Exanimor, feror, differor, distrahor, deripior: ita
Nullam mentem animi habeo: vbi sum, ibi non sum: vbi non sum, ibi est animus.
Ita mihi ingenia sunt, quod lubet non lubet iam id continuò,
Ita me amor lapsum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, iactat, largitur: quod dat, non dat, eludit.
Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat.

EX EPIDICO.

ACT. I, SC. I.

-vtcunque
In alto ventus est Epidice, c
mo velum vortitur.

IBIDEM.

-sed taceam optumū est : p
scire satius est
Quàm loqui seruom homine
ea sapientia est.

ACT. I, SC. 2.

Nihil agit qui diffidentem ve
bis solatur suis.
Is amicus est qui in re dubia
iuuat, vbi re est opus.

IBIDEM.

Hercle miserum est ingratum
sse hominem, id quod facia
bene:
Ego quod benefeci, malefec
quia amor mutauit locum.

ACT. 2, SC. I.

Plerique homines, quos quon
nihil refert, pudet:
Vbi pudédum est, ibi eos deseri
pudor,
Quom magis vsus est vt pudeat,

ACT. 2, SC. 2.

-si placebit, vtiminor,
Consilium: si non placebit, reperitote rectius.
Mihi istic nec seritur nec metitur nisi ea quæ tu vis, volo.

ACT. 3, SC. 2.

Vorsutior es quàm rota figularis.

ACT. 3, SC. 3.

Profectò deliramus interdum senes.

IBIDEM.

Diuortunt mores virgini longè ac lupæ.

IBIDEM.

Nihil homini amico est opportuno amicius,
Sine tuo labore quod velis actũ est tamen.

ACT. 3, SC. 4.

Non repperisti adolescens tranquillum locum
Vbi tuas virtutes explices vt postulas.
Nam strenuiori deterior si prædicat

Suas pugnas, de illius ore sunt sordidæ.

IBIDEM.

-hic non est locus:
Quin tu alium quæras, quoi cantiones farcias.

ACT. 4, SC. 2.

Aliter catuli longè olent, aliter sues.

IBIDEM.

Perii: plaustrum perculi.

EX BACCHID.

ACT. 1, SC. 1.

-metuo, lusciniolæ ne defluat cantio,

ACT. 1, SC. 2.

Sperat quidem animus: quò eveniat, diis in manu est.

ACT. 2, SC. 2.

Anima est amica amanti: si ea abest, nullus est.
Si adest, res nulla 'st,: ipsus est nequam & miser.

ACT.

ACT. 2, SC. 3.

Aspersisti aquam.

IBIDEM.

Exorsa hæc tela non malè est omnino mihi,
Vt amantem herilem copem facerem filium.

ACT. 3, SC. 2.

Multis modis meditatus egomet mecũ sum, & ita esse arbitror,
Homini amico qui est amicus, ita vti nomen possidet,
Nisi deos nihil præstare ei.

IBIDEM.

Nã pol quidé meo animo, ingrato homine nihil impensiu 'st.
Malefactoré amitti satius quàm relinquere beneficium.
Nimio præstat impendiosum te quàm ingratum dicier:
Illum laudabunt boni, hunc etiã ipsi culpabunt mali.

ACT. 3, SC. 3.

Eia Lyde leniter qui sæuiunt, sapiunt magis.

ACT. 3, SC. 6.

Multi more isto atque exemplo

viuunt: quos quom censeas
Tibi amicos, reperiũtur falsi testimoniis,
Lingua factiosi, inertes opera, sublesta fide.
Nullus est qui non inuideat rem secundam obtingere:,
Sibi ne inuideatur, ipsi ignaui cauent rectè.

ACT. 4, SC. 6.

-vbi ipse est? CH. Nescio.
Nihil iam me oportet scire, oblitus sum omnia:
Scio me esse seruom, nescio etiã id quod scio.
Nũc ab trãsenna hic turdus lumbricum petit:
Pendebit hodie pulchrè, ita intendi tenus.

ACT. 4, SC. 7.

O stulte stulte, nescis nunc venire te:
Atque in eo ipso astas lapide vbi præco prædicat.

ACT. 4, SC. 8.

Si tibi est machæra, & nobis veruina est domi.
Qua quidem te faciam, si tu me irritaueris,
Confossiorem soricei na nænia.

EX MOSTELLARIA.

ACT. I, SC. I.

-vnú hoc scito, nimio celerius
Venire quod molestum est quàm
id quod cupidè petas.

ACT. I, SC. 2.

Recordatus & multum diu cogitaui, argumentáque multa
In pect? instituit ego, atque in corde meo, si quod est mihi
Cor, eam rem volutaui & diu disputaui: hominem quoius rei
Quando natus est, similem esse arbitrarer, simulacrúmque habere. iam
Id repperi exemplum. nouarum esse ædium arbitror similem
Ego hominem, quando hic natus est. ei argumenta rei dicam.
Atque hoc videtur haud verisimile vobis: at ego faciam
Id esse ita vt credatis, & profectò ita esse vt prædico,
Vero vincam. atque hoc vosmetipsi (scio) perinde vt nunc ego
Esse autumo, quando dicta audietis mea, haud vos aliter id
Dicetis, auscultate donec argumẽta dixero:
Simul autem gnauos esse ad hanc

rem meum vos omnes volo.
Ædes quom extéplo paratæ, expolitæ, factæ probè, examussim.
Laudát fabrum, atque ædes probant: sibi quisque inde exemplum expetunt,
Sibi quisque similes sumtu suo sumptu operam posount suam.
Atque vbi illò immigrat nequam homo indiligens cum pigra familia,
Immúdus, instrenuus, hic iam ædibus vitium additur, bonæ
Quum curantur malè. atque illud fit sæpe: tempestas venit,
Confringit tegulas: imbricésque ibi dominus indiligens
Reddere alias ne volt. venit imber lauat parietes, perpluunt
Tigna, putrefacitque operam fabri, nequior iam factus est
Vsus ædium, atque haud fabri culpa, sed magna pars moram hás sibi
Induxerunt, quod nummo potest sarciri, vsque mantant, neque id faciunt,
Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.
Hæc argumenta ego ædificiis dixi: nunc etiam volo

Icere, vt vos, homines ædium
esse similes arbitremini.
Fimùm, dum parentes fabri li-
berûm sunt, & fundamentum
Liberorum substruunt, extollũt à
parant sedulò infirmitaté.& vt
In vsum boni, & in speciem po-
pulo sint, sibíque & materiem
Reparant: nec sumptus sibi sum-
ptui esse ducunt: expoliunt, do-
cent
Literas, iura & leges: sumptu suo
& labore nituntur,
Vt alii sibi esse illorũ similes ex-
petant. ad legionem
Quum itur, adminiculum eis da-
nunt tum iam aliquem cogna-
tum suum.
Hactenus abeunt à fabris, vnum
vbi emeritum 'est stipendium.
Igitur tum specimen cernitur,
quò eueniat ædificatio:
Nã ego ad id frugi vsque & pro-
bus fui, in fabrorum potestate
dum fui.
Postquam immigraui in inge-
nium meum, perdidi operã fa-
brorum
Illico, oppidóque venit ignauia:
ea mihi tempestas fuit,
Ea mihi aduentu suo quampri-

mum grandinem imbrém
attulit.
Hæc verecundiam mihi & vi
tis modum deturbauit: te
Detexítque me illico, post illa
tegere eam negligens fui.
Continuò pro imbre amor adu
nit. is vsque in pectus perman
uit,
Permadefecit cor meum. nunc
mul res, fides, fama, decúsq;
& virtus
Deseruerunt. ego sum in vsu fa
ctus nimio nequior.
Atque ædepol ita hæc tigna hu-
mida putrent: non videor mih
Sarcire posse ædeis meas, quin to
tæ perpetuæ ruant,
Quin cum fundamento perierit,
nec quisquã esse auxilio queat.
Cor dolet mihi, quom scio nunc
vt sum atque vt fui olim, quo
neque
Industrior de iuuentute erã arte
gymnastica, disco, hastis pila,
Cursu, armis, equo: victitabã vo-
lupe parsimonia & duritia.
Disciplinæ aliis erã, optumi qui-
que expetebant eam sibi.
Nunc postquam nihili sim, id ve-
rò meopte ingenio repperi.

ACT. I, SC. 3.

...entus rebus in omnibus, velut in horreo horna messis, ...agni fit.

IBIDEM.

...uin tu te exornas moribus lepidis, quom lepida tute es?
...on vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum.

IBIDEM.

Insperata accidunt magis sæpe quàm quæ speres.

IBIDEM.

Vna opera ebur attramento candefacere postules.

IBIDEM.

Nã amator meretricis mores sibi emit auro & purpura.
Quid opus est, quod suum esse nolit, ei vltrò ostentarier?
Purpura, ætas occultanda est: aurum turpi mulieri.
Pulchra mulier nuda erit quàm purpurata, pulchrior:
Postea nequicquam exornata est bene, si morata est malé.
Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.

Nam næ si pulchra est, nimis ornata est.

ACT. 3, SC. I.

Nihil est miserius quàm animus hominis conscius.

ACT. 3, SC. I.

Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius,
Nec minus bono cum iure, quàm danisticum.

ACT. 3, SC. 2.

Non bonus est somnus hominis de prandio.

ACT. 3, SC. 3.

...antiquum obtines.
Hoc tuũ, tardus vt sis. Tr. heus tu si voles verbũ hoc cogitare,
Simul flare sorberéque haud factu facile est: ego hîc esse,
Et illic simul haud potui.

ACT. 4, SC. I.

Nam vt serui suum volût herum esse, ita ille solet:
Bonus cum probis est, malus cũ

i malis. nam nunc domi
Nostræ tot pessumi viuunt peculii
Sui prodigi, plagigeruli. vbi aduorsum vt eant hero
Vocantur, Non eo, molestus ne sis: scio.
Quò properas, gestis aliquò iam hercle ire pastum foras.
Bene merens hoc pretium vbi auscultaui, foras
Solus eo nunc aduorsum hero ex plurimis seruis.

ACT. 5, SC. I.

Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit.

EX MENAECHMIS.

ACT. I, SC. I.

Homines captiuos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitiuis seruis indunt cōpedes,
Nimis stultè faciunt, mea quidē sententia.

Nam homini misero malum si accedit ad malum,
Maior lubido est fugere & facere nequiter.
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo.
Tum compediti ianuā lima perterunt,
Aut lapide excutiunt clauum. nugæ sunt meræ.
Quem tu asseruare rectè ne aufugiat voles,
Esca atq; potione vinciri debet:
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tu illi quod edat & quod potet, præbeas
Arbitratu suo affatim quotidie:
Nunquam ædepol fugiet, tametsi capital fecerit,
Facilè asseruabis dum illo vinclo vincies.
Ita isthæc nimis léta vincla sunt escaria:
Quàm magis extendas, *tanto* astringunt arctius.

ACT. I, SC. 3.

Meretrix tantisper blanditur dū

illud quod rapiat, videt.

ACT. 2, SC. 1.

-si acum credo quæreres,
Acum inuenisses.

IBIDEM.

In scirpo nodum quæris.

ACT. 2, SC. 3.

-folia nunc cadunt,
Præut si triduum hoc hîc erimus;
tum arbores in te cadent.
Nam ita sunt hîc meretrices omnes illecebræ argentariæ.

IBIDEM.

Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat.

IBIDEM.

-quam tu nunc mihi nauem
narras? MEN. Ligneam,
Sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis palus palo proximus est.

ACT. 4, SC. 2.

Clienteis sibi omnes volunt esse
multos: boníne an mali sient,

Id haud quæritant: res quæritur magis, quàm clientum fides,
Quoiusmodi cluat, si pauper est atque haud malus,
Nequam habetur: sin diues mal' est, habetur is cliens
Frugi, qui neque leges, neque æquom, neque bonum vsquam colunt:
Sollicitos patronos habent: datú denegant quod datu n est.
Litium pleni, rapaces, fraudulenti sunt viri:
Qui aut fœnore aut periuriis partam rem habent.
Mens in querelis. iuris ibi dicitur dies, simul
Patronis dicitur: quippe qui pro illis, quæ malefecerint,
Loquantur aut ad populum, aut in iure, apud iudicem res est.

ACT. 5, SC. 2.

-vt ætas mala est merx: mala est ergo.
Nã res plurimas pessumas cum aduenit, affert: quas si autumem
Omneis, nimis longus sermo sit.

ACT. 5, SC. 6.

Spectamen bono seruo id est, qui
rem herilem procurat, videt,
Collocat cogitátque vt absente
hero diligenter rem tutet,
Quàm si ipse adsit, aut rectius. ter
gum quàm gulâ, crura quàm
ventrem
Oportet potiora esse. quoi cor
est modestè situm,
Recordetur id: qui nihili sunt,
quid iis pretii detur
Ab suis heris? ignauis, improbis
viris, verbera,
Compedes, molæ, magna lassitu-
do, fames, frigus durum,
Hæc pretia sunt ignauiæ, id ego
malè malum metuo.

IBIDEM.

Serui qui culpa carét & metuũt,
ii solent heris
Esse vtibiles. nam illi qui nihil
metuunt postquam malum
Promeriti sunt, tunc metuunt.

ACT. 5, SC. 9.

Illic homo aut sycophanta, aut
geminus est frater tuus:
Nam ego hominem homini si-
miliorẽ nunquam vidi alterũ

Verùm vbi dies decem cõtinuos
ire ad eundem instat,
Nec aqua aquæ, nec lacte lacti
crede mihi, vsquam similius
Quàm hic tui est, túque huius.

EX MILITE GLOrioso.

ACT. 1, SC. 1.

Nimia est miseria, pulchrum esse
hominem nimis.

ACT. 2, SC. 5.

Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est,
Qui æquè faciat confidenter
quàm mulieres faciunt,
Vt vtrobique orationem doctè
duint.

IBIDEM.

-si sapis,
Mussitabis: plus oportet scire seruom quàm loqui.

ACT. 2, SC. 6.

-homini seruo, suos
Domitos habere oportet oculos
& manus,
Orationémque.

ACT. 3, SC. 1,

-opus est nunc tuto loco,.
Vnde inimicus nequis nostris spo
lia capiat consiliis:
Atque vnde inimicus ne quis spo
lia capiat auribus.
Nam bene consultum, inconsul-
tum est si inimicis sit vsui.
Neque potest quin si id inimicis
vsui est, obsit mihi:
Nam bonum consilium surripi-
pitur sæpissimè,
Si minus cum cura aut catalogo
loquendi lectum fiet.

IBIDEM.

-facile est imperiũ in bonis.

IBIDEM.

In mala vxore atque in inimico
siquid sumatur, sumptus est.
In bono hospite atque amico,
quæstus est quod sumitur.
Et quod in diuinis rebus sumas
sumptus, sapienti lucro est.

IBIDEM.

Nihil me pœnitet iã quanto sum-
ptui fuerim tibi.
Nam hospes nullus tam in amici
hospitium diuorti potest,
Quin vbi triduum c ontinuũ fue-
rit, iam odiosus fiet.

Tametsi dominus nõ inuitus patitur, serui murmurant.

IBIDEM.

Si illud ægré est mihi quod volupe est, meo animo morem gero.
Quod tamen odiosè faciundum, fit malum atque in gratiis.

IBIDEM

Proletario sermone nunc quidẽ hospes vtere.
Nam hi solẽt, quando accubuere, vbi cœna apposita est, dicere,
Quid tibi opus fuit hoc sumptu tanto nostra gratia?
Insanisti hercle. nam idem hoc hominibus sat erat decem.
Quod eorum causa obsonatũ est culpant, & comedunt tamen.
P A. Fit pol illud ad illud exemplum, vt doctè ac perspectè sapit.
P E. Sed idem homines nunquã dicunt, quanquam appositum est ampliter,
Iube illud demi, tolle hanc patinam, pernam nihil moror:
Aufer hinc illã offam penitam, probus hic conger frigidus:
Remoue

Remoue, abi, aufer: neminem eorum hæc asseuerare audias:
Sed percellunt, sed perducunt, dimidiatim dum appetunt.

ACT. 3, SC. 3.

At nemo solus sapit: nã ego multos sæpe vidi
Regionem fugere consilii, prius quàm repertam habere.

IBIDEM.

Siquidem faciundum est mulier malæ atque malitiosæ,
Ea sibi immortalis memoria est meminisse & sempiterna.
Sin bene aut fideliter quid faciũdum sit, eadem veniunt,
Obliuiosæ extẽplo vt fiãt, & meminisse nequeant.

IBIDEM.

Ami patrone hoc cogitato, vbi probus est architectus,
Bene linitam si semel carinam collocauit,
Facilè esse nauem facere, vbi fundata & constituta est.
Nunc hîc carina satis & fundata est bene & statuta.

EX MERCATORE.

ACT. I, SC. I.

Nam amorem hęc cuncta vitia sectari solent,
Cura, ægritudo, dolor, nimiáque elegantia.
Hæc non illum modò qui amat, sed quenque attigit,
Magno atque solido mulctat infortunio.
Nec pol profectò quisquam sine grandi malo,
Præterquam res patitur, studet elegantię.
Sed amori accedunt etiam vltra hæc quæ diximus,
Insomnia, ærumna, error, & terror, & fuga,
Ineptia, stultitiáque adeo & temeritas,
Incogitãtia, excors immodestia,
Petulantia, cupiditas, & maleuolentia,
Inhæret etiam auiditas, desidia, iniuria,
Inopia, contumelia, & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium. hoc ideo fit quia

Quæ nihil attingunt ad rem, nec
sunt vsui hæc.
Tum amator profert sæpe aduorso tempore.

ACT. 2, SC. 2.

Humanum amare est, humanum
autem ignoscere est.

ACT. 3, SC. 4.

demisisti gladium in gulam, iam
cadam.

ACT. 4, SC. 4.

Nam qui amat, siquod amat habet, id satis habet sibi
Pro cibo videre, amplecti, osculari, atque alloqui.

IBIDEM.

heu miseræ mihi,
Nunc ego verum illud verbum
esse experior vetus,
Aliquid mali esse propter vicinũ
malum.

ACT. 4, SC. 6.

Iacent beneuolentes odiosi, humum mordent, caput reptant,

Fremunt perstrepúntque. quóous-
que putát viuere, tunc ruút ma-
ximè:
Tunc, tunc studens persequi, la-
bant iuuenes, itidem rapiuntur
senes.
Illi se amant: quod amant, amarī
volunt atque cognitum.
Illi verò si amare ea ætate occe-
perunt, multo insaniūt acrius.
Verùm si non amant, oderunt:
molesti itidem atque diffici-
les,
Garruli, osores, infensi, iracundi'
sibi suísque inuidi.
Quod in se olim admisere turpi-
ter, id si fiat modestius,
Nec tolerant vt æquom est pa-
tres, sed clamant, indecéter ob-
strepunt.

ACT. 4, SC. 7.

Vetus id dictum est, feliciter is
sapit qui periculo alieno sapit.

IBIDEM.

In portu res est.

ACT. 5, SC. 2.

Quin tu istas omittis nugas, ac
mecum huc intrò ambulas?
C. Hospes respondit Zacynthi

ficos fieri non malas.

ACT. 5, SC. 3.

Demipho sapientum illud dictū te audisse reor sæpius,
Voluptas est malorū esca: quòd ea non minus homines
Quàm hamo capiantur pisces. hæc quum fugiant senes,
Tu tamen senectuti gratiam non habeas: quoniam hęc tibi
Non abstulit modò, sed in amorem conieci fortius.
Quo te, consiliúmque tuum atque mentem perdit funditus,
Atque oculorum tibi præstringit aciem.

EX PSEVDOLO.

IN PROLOGO.

Qui quærit alta, is malum videtur quærere.

ACT. I, SC. I.

Vt literarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,

Quod tu istis lacrumis te proba-
re postulas:
Non pluris refert quàm si imbrẽ
in cribrum geras.

IBIDEM.

De istac re in oculum, vtrumuis
conquiescito.

ACT. I, SC. 3.

-mortuo verba fabulare nunc.
Satis stultus es, rem actam agis.

IBIDEM.

Nimio id quod pudet, facilius
fertur quàm illud quod piget.
Non dedisse, istũ pudet: me, quia
non accepi, piget.

IBIDEM.

Nullus est tibi quẽ roges mutuũ
Argentum. C. Quin nomen quo
que interiit iam mutuum.
B. Heus tu, postquam hercle isti
à mensa surgunt saturi, poti,
Alienum reddunt nato nemini,
qui suum repetunt
Ab alienis cautiores sunt ne cre-
dant alteri.

IBIDEM.

Eme die cæca hercle oliuum, i
vendito oculata die.
Iam hercle vel ducentæ fieri po-
ssunt præsentes minæ.

IBIDEM.

Tibi ego credam? P. Cur non? B. Quia pol qua opera credā tibi,
Vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus.

IBIDEM.

In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

IBIDEM.

Pauci ex multis sunt amici homini, qui certi sient.

ACT. I, SC. 4.

Atque ego huic iampridem m daturum dixeram:
At volui iniicere tragulam in nostrum senem,
Verùm is nescio quo pacto præsensit prius.

ACT. I, SC. 5.

Probum patrē esse oportet, qui gnatum suum
Esse probiorem quàm ipsus fuerit, postulet.

IBIDEM.

-meus hic est quidem seruos Pseudolus: (rum caput,
Hic mihi corrumpit filium, scele-
Hic dux, hic ille est pædagogus; hunc ego
Cupio excruciari. C. Iam isthæc insipientia est,

Iramin promptu gerere. nā quāto satius est
Adire blandis verbis, atque exquirere,
Sint illa néc nè sint quæ tibi renuntiant?
Bonus animus in mala re dimidium est mali.

IBIDEM.

Decet equidem innocens qui sit atque innoxius,
Seruom superbum esse apud herum potissimum.

IBIDEM.

Sunt quæ te volumus percontari quæ quasi
Per nebulam nosmet scimus atque audiuimus.

ACT. 2, SC. 1.

Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cordi credere.
Nam omnes res perinde sunt, vt agas, vt eas magnifacias.

ACT. 2, SC. 3.

Centum doctûm hominum consilia hæc vna deuincit dea
Fortuna: atque hoc verum est, perinde vt quisque ea vtitur,
Ita præcellet, atque exinde sapere eum omnes dicimus.

Bene vbi quid diſcimus cōſiliūm
accidiſſe, hominē cautū eum
Eſſe declaramus, ſtultum autem
illum quoi vortit malè.
Stulti haud ſcimus, fruſtrà vt ſci-
mus, quom quod cupiēter dari
Petimus nobis, quaſi quid in rem
ſit, poſſimus noſcere.
Certa amittimus, dum incerta pe
timus, atque hoc euenit
In labore atq; in dolore, vt mors
obrepat interim.

ACT. 3, SC. 2.

Hoc hic quidem homines tam
breuem vitam colunt,
Quom haſce herbas huiuſmodi
in ſuum aluom congerunt,
Formidoloſas dictu, nō eſu modò
Quas herbas pecudes non edunt,
homines edunt.

IBIDEM.

An tu inuenire poſtulas quenquā
coquom,
Niſi ſit miluinis aut aquilinis vn-
gulis?

ACT. 4, SC. 1.

-ſed ego quæ tibi
Dona dabo & faciam, ſi quidem
hanc rem accuraſſis ſobriè?
- S. Potiu' vt taceas: memorem im-

memorē facit qui monet qu
memor
Meminit. teneo, omnia in pect
re condita sunt: meditati
Sunt doli docti.

ACT. 4, SC. 2.

Ecquem in angiporto hoc homi
nem tu nouisti, te rogo?
S. Egomet me. S. Pauci istu
faciunt homines quod tu præ
dicas.
Nam in foro vix decumus quis
que est qui ipsus sese nouerit.

IBIDEM.

nunc homo in medio luto est,
Nomen nescit, hæret hęc res.

ACT. 4, SC. 7.

Malus & nequam homo est qui
nihili imperium sui heri seruos
facit.
Nihili est autem, suum qui offi-
cium facere est immemor,
Nisi adeo monitus. nam qui libe-
ros esse illico
Se arbitrantur, ex conspectu heri
sui si se abdiderunt,
Luxuriantur, lustrātur, comedūt,
quod habent nomen diu
Ii seruitutis ferunt, nec boni in-

genii quicquam in his ineſt,
Niſi vt improbis ſeſe artibus teneant: cum iis mihi
Nec locus, nec ſermo conuenit: is nunquam nobilis fui.

ACT. 5, SC. 1.

Magnum hoc vitium vino eſt, pedes captat primùm:
Luctator doloſus 'ſt.

EX POENVLO.

ACT. 1, SC. 1.

Nam tuæ blanditiæ mihi ſunt quod dici ſolet,
Gerræ germanæ, atque ædepòl λῆρϑι λήρον.
Nunc mihi blandidicus es: at heri in tergo meo
Treis facilè corios contriuiſti bubulos.

ACT. 1, SC. 2.

Negotii ſibi qui volet vim parare, nauem & mulierem
Hæc duo ſibi comparato. nam nullæ magis res duæ

Plus negotii habent, eas fortè si
exornare occeperis,
Neque vnquam hæ duæ res satis
ornantur, neque eis vlla satis
Ornandi satietas est.

IBIDEM.

Apagesis, negotii in muliere quātum vna est! si verò duæ,
Sat scio maximo vni populo
quoilibet plus satis dare
Potes sunt ; quæ noctes diésque
in omni ætate semper
Ornantur, lauantur, tergūtur, poliuntur: postremò modus
Muliebris nullus est, neque vnquam lauando & fricando fimus saturæ.
Nam quæ lauta est, nisi percults
est, meo animo quasi inuenusta est.

IBIDEM.

-verùm hoc vnum tamen cogitato, modus omnibus
In rebus, soror, est optumum habitu, nimia omnia
Nimium exhibent negotium hominibus ex se.

IBIDEM.

Bono ingenio me esse ornatam
quàm auro multo mauolo.

Aurum in fortuna inuenitur, natura ingenium bonum.

Bonam ego quàm beatam me esse nimio dici mauolo.

Meretricem pudorem gerere magis decet quàm purpuram:

Magis meretricē pudorē quàm aurum gerere condecet.

Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt,

Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant.

IBIDEM.

Ecquid amare videor? M. damnū quod Mercurius minimè amat.

Nanque ædepol lucrum amare nullum amatorem addecet.

IBIDEM.

-& oleum & operam perdidi.

IBIDEM.

Inuendibili merce oportet vltrò emptorem adducere.

Proba merx facilè emptorē reperit, tametsi in abstruso sita est.

ACT. 3, SC. I.

-tardo amico nihil est quicquam inæquius,

Præsertim homini amanti; qui
quicquid agit, properat omnia.

IBIDEM.

Liberos homines per vrbem modico magis par est gradu
Ire, seruile esse duco festinantem currere:
Præsertim in re populi placida, atque interfectis hostibus
Non decet tumultuari.

IBIDEM.

Nunc vos quia mihi aduocatos dixi, & testeis adducere,
Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine.

ACT. 3, SC. 3.

Istic est thesaurus stultis in lingua situs,
Vt quæstui habeant malè loqui melioribus.

IBIDEM.

Viam qui nescit qua deueniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem sibi.
Ego malè loquendi vobis nesciui viam:
Nunc vos mihi amnes estis, vos certum est sequi.

Si bene dicetis, vostra ripa vos sequar,
Si malè dicetis, vostro gradiar limite.

IBIDEM.

Malo benefacere tantundem est periculum
Quantum bono malefacere.

IBIDEM.

Malo si benefacias, id beneficium interit,
Bono siquid malefacias, ætatem expetit.

ACT. 3, SC. 5.

Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi.
AG. Quid iam? L. Quia hoc nunc frigefactas quom rogas.

IBIDEM.

Nunc hunc, inimicum quia esse sciuerunt meum,
Allegauerunt, suum qui seruom diceret
Cum auro esse apud me. composita est fallacia,

Vt eo me priuent, atque inter se diuidant.

Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt.

ACT. 3, SC. 6.

Verùm ita sunt omnes isti nostri diuites:

Siquid benefacias, leuior pluma est gratia:

Siquid peccatum est, plumbeas iras gerunt.

ACT. 4, SC. I.

Seruire amanti miseria est, præsertim qui quod amat, caret.

ACT. 4, SC. 2.

-verba facit emortuo.

IBIDEM.

-malè partum, malè disperit.

IBIDEM.

Sine pénis volare haud facile est: meæ alæ pennas non habent,

IBIDEM.

Omnem operã perdis. S. quid iam? M. quia doctum doces.

IBIDEM.

Proba materia est, si probum adhibe-

hibes fabrum.

ACT. 5, SC. 2.

Incipere multo est quàm impetrare facilius.

ACT. 5, SC. 4.

Multa sunt mulierum vitia: sed hoc è multis vnum maxumũ est,
Quom sibi nimis placent, minúsque operã dant vt placeãt viris.

IBIDEM.

Pro osse linguã obiicito: ita hanc ego canem faciam tibi oleo Tranquilliorem.

ACT. 5, SC. 6.

Decipitur nemo quidẽ mea sententia,
Qui suis amicis narrat rectè res suas.

EX PERSA.

ACT. 1, SC. 1.

Qui suo hero seruire volt bene seruos seruitutem, næ
Ædepol multa illum in pectore

illi,

collocare oportet suo,
Quæ hero placere præsenti, æque absenti senseat.

IBIDEM.

-quid ergo faciam? disne aduorser? quasi
Titani cum dis belligeré, sat quibus esse non queam?

IBIDEM.

Quà confidentiâ rogare tu à me tantum audes
Argentum impudens? quin egomet totus væneam, vix potest
Recipi quod tu me rogas. nam tu aquam à pumice nunc postulas,
Qui ipsus sitiat.

ACT. I, SC. 2.

-reipublicæ causa qui non id facit magis
Quàm sui quæsti, animus haud induci potest, eum
Esse ciuem & fidelem, & bonum, sed legirupam quidem, ni det in publicum
Dimidium, atque etiam in ea lege adscribier, vbi quadruplator quempiam
Iniexit manum, tantidem ille illi

rursus iniiciat manum,
Vt æqua parti prodeant ad treis viros.
Si id fiat, næ isti faxim nusquam appareant
Qui hîc albo pariete aliena oppugnant bona.

IBIDEM.

mane quod tu occeperis
Negotium agere, id totum procedit diem.

ACT. 2, SC. I.

Nam ecastor miser est qui amat.

ACT. 2, SC. 2.

R. Malè operam locas. S. qui?
P. Quia enim nihil amas, quõ ingratum amas.

ACT. 2, SC. 3.

Virtus est, vbi occasio admonet, despicere.

ACT. 3, SC. I.

Inimici, famam, non ita vt nata est, ferunt.

IBIDEM.

-hominum immortalis est infamia:
Etiã tum viuit quom esse credas mortuam.

IBIDEM.

-cogita hoc verbum pater,
Herus siminatus est malum seruo suo:
Tametsi id futurum non est, vbi captum 'st flagrum,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria!
Ego nunc quod nõ futurum 'st, formido tamen.

IBIDEM.

-non tu nunc hominum mores vides.
Quoiusmodi? hic cum mala fama facilè nubitur:
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.

ACT. 4, SC. I.

Siquam rem accures sobriè aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere:
Atque ædepol firmè, vt quisque

rem accurat ſuam,
Sic ei procedit. poſt principia denique
Si malus aut nequam 'ſt, malè res vortunt quas agit:
Sin autem frugi 'ſt, eueniunt frugaliter.

ACT. 4, SC. 4.

-vt munitum muro tibi viſum 'ſt oppidum?
V. Si incolæ bene ſunt morati, pulchrè munitum arbitror.
Perfidia & peculatus ex vrbe & auaritia ſi exulant,
Quarta inuidia, quinta ambitio, ſexta obtrectatio,
Septimum periurium. T. Euge. V. Octaua indiligentia:
Nona, iniuria; decumũ, quod peſſumum aggreſſu, ſcelus.
Hæc niſi vnde aberunt, cẽtuplex murus rebus ſeruandis parum eſt.

ACT. 4, SC. 5.

-ſiquid bonis
Boni fit, eſſe idem & graue & gratum ſolet.

ACT. 4, SC. 7.
-dictum sapienti sat est.

ACT. 5, SC. 1.
Improbus est homo qui ben
cium
Scit sumere & reddere nescit.

ACT. 5, SC. 2.
-stultitia 'st,
Siquoi bene esse licet, cum p
uorti litibus.

EX RVDENTE.

IN PROLOGO.

Atque hoc in animum scel
inducunt suum,
Iouem placare se posse omnib
hostiis:
Et operam & sumptum perdun
atque id ideo
Fit, quia nihil ei acceptum es
periuriis.
Supplicii facilius, siquis pius e
à dis supplicans,
Quàm qui scelestus est, inueni

veniam sibi.
Idcirco moneo vos ego hæc qui estis boni,
Quisque ætatem agitis cum pietate & cum fide,
Retinete porrò, post factum vt lætemini.

ACT. 1, SC. 2.

Peculiosum esse decet seruum & improbum,
Quem hero præsente prætereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.

ACT. 1, SC. 3.

Nimio pol hominum fortunæ minus miseræ memorantur,
Quàm reapse experiundo iis datur acerbum: hoc Deo complacitum est.

ACT. 2, SC. 1.

Omnibus modis qui pauperes sunt homines, miseri viuunt,
Præsertim quibus nec quæstus est, nec artem didicêre vllam.
Necessitate quicquid est domi, id sat est habendum.

ACT. 2, SC. 3.

Nā multa præter spem, scio, multis bona euenisse:
At ego etiam qui sperauerint, spé decepisse multos.
Ergo animus æquus optumum est ærumnæ condimentum.

ACT. 3, SC. 3.

-neque est melius morte in malis rebus miseris.

ACT. 4, SC. 2.

-nimis homo
Nihil est qui piger est, nimisque id genus odi ego malè. vigilare
Decet hominem qui volt sua tépori conficere officia.
Non enim illum expectare oportet dum herus se ad suum suscitet officium.
Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum malo quiescunt.

ACT. 4, SC. 3.

-quod bene fit bonis,
Haud perit.

ACT. 4, SC. 4.

Eò iacent quòd tacita bona 'st

mulier ſemper quàm loquens.

ACT. 4, SC. 7.

O Gripe Gripe, in ætate hominũ plurimæ
Fiunt tranſennæ, vbi decipiuntur dolis.
Atque ædepol in eas plerunque eſca imponitur:
Quam ſiquis auidus poſcit eſcã auariter,
Decipitur in tranſenna auaritia ſua.
Ille qui conſultè, doctè, atque aſtutè cauet,
Diutinè ei vti bene licet partum bene.

IBIDEM.

Semper cauere hoc ſapientes æquiſſimum eſt,
Ne conſcii ſint ipſi maleficiis ſuis.
Ego mihi quom luſi, nil moror vllum lucrum.

ACT. 5, SC. 3.

Miſerum iſtuc verbum & peſſumum eſt, habuiſſe, & nihil habere.

ACT. I, SC.

Omneis sapienteis suum
æquom est colere
Et facere.

ACT. I, SC

Qui manet vt moneat
seruos homo offici
Nec volũtate id facere
seruos is habitu haud

IBIDEM.

Nunquã enim nimis c
sunt parentem suum
Quem æquius est nos
habere quàm te? po
ter viros
No stros, quibus voluist
matresfamiliâs.

IBIDEM.

Pol ego vxorem quæro
vostra mater mortua
PA. Facilè inuenies &
& peius moratam pat
Quàm illa fuit: meliore
tu reperies, neque sol v
A. At ego ex te exquir
istac tua sorore. PI.
pater,
Scio, vt oportet esse, si sin
ego æquom censeo.

A. Volo scire ergo vt æquō censes.

P I. Vt per vrbē quō ambulēt,
Omnibus os obturēt, nequis merito maledicat sibi.
A. Dic vicissim nunc iam tu.
P I. Quid vis tibi dicam pater?
A. Vbi facillimè spectatur mulier quæ ingenio est bono?
P I. Quoi malè faciundi est potestas, quæ ne faciat, id tēperat.
A. Haud malè istuc: age tu, altera vtra sit conditio pensior,
Virginem, an viduā habere? P I.
Quanta mea sapientia est,
E malis multis, malum quod minimum est, id minimū malum.
Qui potest mulieres vitare, vitet, vt quotidie
Pridie caueat, ne faciat quod se pigeat postridie.
A. Quæ tibi mulier videtur multò sapientissima?
P I. Quæ tum quom res secundæ sunt, se poterit noscere.
Et quæ æquo animo patietur sibi esse peius quàm fuit.

IBIDEM.

Vósne ego patiar cum mendicis nuptas, me viuo, viris?
P I. Placet ille meus mihi mēdicus: tex suus reginæ placet.
Idem animus in paupertate est qui olim in diuitiis fuit.

IBIDEM.

Quin vos capitis conditionem ex
pessuma primariam?
Stultitia est, pater, venatum du-
cere inuitas canes.
Hostis est vxor, inuita quæ ad vi-
rum nuptum datur.

ACT. 2, SC. I.

-paupertas fecit ridiculus foré:
Nam illa omnes artes perdocet,
vbi quem attigit.

IBIDEM.

Sed curiosi sunt hic quàm plures
mali,
Alienas res qui curant studio ma-
xumo,
Quibus ipsis nulla est res, quam
procurent, sua.

IBIDEM.

-curiosus nemo est quin sit
maleuolus.

IBIDEM.

Ridiculus æquè nullus est quàm
dum esurit.

ACT. 2, SC. 2.

Secundas fortunas decent super-
biæ.

ACT. 4, SC. 4.

-hoc tu facito cogites:
Vt quoiq; homini res parata est,
firmi amici sunt: si labant
Res lassæ, itidem amici collaba-
scunt. amicos res inuenit.

IBIDEM.

Quin tu vocasti hominẽ ad cœ-
nam? E. Nequid adueniens
perderem.
Atque ecquom tibi lupum in ser-
mone, esuriens adest.

ACT. 5, SC. 4.

Modestè melius facere sumptum
quàm ampliter suum quẽque
Decet. quibus diuitiæ domi sunt,
scaphio, cantharis, batiocis
Bibunt. nos nostro samiolo pote-
rio, tamen viuimus, nos tamẽ
Efficimus pro opibus nostra mœ
nia.

ACT. 5, SC. 5.

-ita est ingenium muliebre;
Bene quõ lauta est, tersa, ornata,
ficta est, infecta tamen:
Nimióque sibi mulier meretrix
repperit odium ocyus
Sua immunditia, quàm in perpe-
tuum vt placeat mũditia sua.

ACT. 1, S

Nota mala res, opt
ego nunc si igno
quid
Agam nesciam æde
vt bene viuitur, di
Viuitur.

ACT. 2, S

-nunqua
Amor quenquam,
hominem, postul
Coniicere: eos cupit,
tur, subdolè blan
Consulit blandiloqu
pago, mendax, cu
Elegans, dispoliator,
rum homi num co
Blandus, inops, cela

IBIDEM.

-qui in amore præ
ius perit, quàm si
Apagesis amor, tuas r
amor mihi amicus
quam.

ACT. 2, SC.

Noui ego hoc seculu
quibus sit, malus b
Esse volt, vt sit sui sim

Miſcent mores malli: rapax,
Auarus, inuidus, ſacrum propha-
num, publicum priuatũ habẽt:
Hiulca gens.

IBIDEM.

Qui homo cum animo inde
ab ineũte ætate depugnat ſuo,
Vtrũ id itáne eſſe mauelit vt eũ
animus æquom cenſeat,
An ita potius vt parenteis eum
eſſe & cognati velint.
Si animus hominé perpulit, actũ
eſt, ſi animo ſeruit, non ſibi:
Si ipſe animum perpulit, dum vi-
uit, victor victorum cluet.
Tu ſi animũ viciſti potius quàm
animus te, eſt quod gaudeas.
Nimio ſatius eſt vt opus 'ſt, te ita
eſſe, quàm vt animo lubet.
Qui animum vincũt, quà m quos
animus, ſemper probiores
Cluent. L. Iſtæc ego mihi ſem
per habui ætati tegumentum
Meæ, ne penetrarem me vſquam
vbi eſſet damni conciliabulũ:
Ne noctu irem obambulatum, ne
ſuum adimerem alteri.
Neu tibi ægritudinem, pater, pa-
rerem, parſi ſeduló.
Sarta tecta tua præcepta vſque
habui mea modeſtia.

IBIDEM.

Is probus est quem non pœnitet quàm probus sit & frugi bonæ.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.
Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industriæ.

IBIDEM.

Ædepol hominem prædicatum fermè familiariter, qui
Quidem nunquam per virtutem rem confregit, atque eget.
Nihil moror eum tibi esse amicum eum eiusmodi virtutibus.

IBIDEM.

-ciui
Immunifico scis quid cantari solet? Quod habes, ne habeas:
Et illud quod nunc non habes, habeas malum.

IBIDEM.

Sapientiæ ætas condimentum 'st, sapiens ætati cibus est.

IBIDEM.

Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapientia.

ACT. 2, SC. 3.

Sed hoc vnum consolatur me atque

que animum meum:
Quia qui nihil aliud nisi quod sibi soli placet,
Consulit, aduorsum filium nugas
Miser ex animo fit. (agit,

ACT. 2, SC. 4.

Serò atque stultè, prius quod cautum oportuit, postquam
Comedit rem, pòst rationé putat.

IBIDEM.

-verecundari neminem
Apud mensam decet: nam ibi de diuinis atq; humanis cernitur.

ACT. 3, SC. 1.

Nimium difficile est reperiri amicum, ita vt nomen
Cluet, quoi tuã quom rem credideris, sine omni cura dormias.

ACT. 3, SC. 2.

-nullum beneficium
Esse duco id quod quoi facias, nõ placet.

IBIDEM.

Ita est amor, balista vt iacitur, nihil sic celere est, neque volat.
Atque is moreś hominum moroś & morosos efficit.
Minus placet magis quod suade-

tur: quod dissuadetur, placet.
Quom inopia 'st, cupias: quando eius copia 'st, tum non velis:
Ille qui aspellit, is compellit: ille qui non suadet, vetat.
Insanum 'st & malum in hospitium diuorti ad Cupidinem.

IBIDEM.

Is est honos homini pudico, meminisse officium suum.

ACT. 4. SC. 3.
vtinam

Veteres mores veteris parsimoniæ, potius maiori honori
Hic essent quàm mores mali.
Di immortales basilica hic quidem
Facinora incœptat loqui, qui quærit vetera amare. s. Hunc
Morem maiorum scias: nam nũc mores nihil faciunt quòd licet
Nisi quod lubet, ambitio iam more sancta 'st, libera 'st à legib.
Scuta iacere, fugeréque hosteis more habent licentiam.
Petere honorē pro flagitio, more fit.

IBIDEM.

Neque istis quicquam lege sanctum 'st, leges mori seruiunt

mores autem
Rapere properant, quà sacrum,
quà publicũ. hercle istis malã
Rem magnam moribus dignum
'st dari. nónne hoc
Publicè animum aduorti? nam
id genus hominũ hominibus
Vniuersis est aduorsum, atque
omni populo malefacit.
Malè fidem seruando, illis quo-
que abrogãt etiã fidẽ qui nihil
Meriti: quippe ex eorum ingenio
ingenium horum probant.

IBIDEM.

Siquis mutuum quid dederit, fit
pro proprio perditum.
Quom iam repetas, inimicum a-
micum beneficio inuenis tuo.
Si mage exigere cupias, duarum
rerum exoritur optio:
Vel illud quod credideris perdas,
vel illum amicum amiseris.

ACT. 5, SC. 2.

Neque fuit, neque erit, neque esse
quenquã hominũ in terra dum
Arbitror quoi fides fidelitásque
amicum erga æquiparet suum.

IBIDEM.

Siquid amicum erga benefeci, aut
mm.ii.

consului fideliter,
Nō videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitror.
Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium erit:
Quod datum vtendum est, id repetundi copia 'st quādo velis.

ACT. 5, SC. 2.

tunica propior pallio est.

EX TRVCVLENTO.

ACT. I, SC. I.

Non omnis ætas ad perdiscendum sat est amanti, dum id perdiscat
Quot pereat modis: neque eā rationem eapse vnquam
Edocet Venus quam penes amātum summa summarum redit,
Quot amans exemplis ludificetur, quot modis pereat,
Quótque exoretur exorabilis, quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ sunt, quot sunt pericla vitādā? di vostram fidē, hui

Quid peierãdum est, etiam præter munera primùm
Dum mœret animus, præmiũ si obolus est, obeunt treis noctes.
Ducunt interea loci aut æra, aut vinum, aut oleum, aut triticũ:
Tentãs benignúsne an bonæ frugi sies. quasi in piscinam
Rete qui iacit, vim parat, quando abiit rete pessum, adducit:
Infrà sin iecit rete, piscis ne effugiat cauet, dum huc,
Dum illuc rete eos impedit piscis vsque adeo donicum foras eduxit.
Itidem est amator, si id quod oratur dedit, atque est benignus
Potius quàm frugi bonæ, adduntur noctes: interim ille
Hamum vorat, si semel amoris poculum accepit merè,
Eáque intra pectus se penetrauit potio extemplo, & ipsus
Perit, & res, & fides. si iratum scortum fortè est amatori suo,
Bis periit amator, ab re atque animo simul.

ACT. I, SC. 2.

-rationem dicam, quia qui
Alterum incusat probri, ipsum

consului fideliter,
Nō videor meruisse lau
pa caruisse arbitror.
Nam beneficium hom
prium quod datur,
erit:
Quod datum vtendum
petundi copia 'st quā

ACT. 5, SC.

tunica proprior pallio

[EX TRVCVLE

ACT. I, SC. I

Non omnis ætas ad p
dum sat est amanti, du
discat
Quot pereat modis: ne
tionem eapse vnquan
Edocet Venus quam per
tum summa summaru
Quot amans exemplis
tur, quot modis pereat
Quótque exoretur ex
quot illic blanditiæ,
iracundiæ sunt, quot
cla vitāda? di vostram

Quid peierādum est, etiam præter munera primùm
Dum mœret animus, præmiū si obolus est, obeunt treis noctes.
Ducunt interea loci aut æra, aut vinum, aut oleum, aut triticū:
Tentās benignúsne an bonæ frugi sies. quasi in piscinam
Rete qui iacit, vim parat, quando abiit rete pessum, adducit:
Infrà sin iecit rete, piscis ne effugiat cauet, dum huc,
Dum illuc rete eos impedit piscis vsque adeo donicum foras eduxit.
Itidem est amator, si id quod oratur dedit, atque est benignus
Potius quàm frugi bonæ, addun-tur noctes: interim ille
Hamum vorat, si semel amoris poculum accepit merè,
Eáque intra pectus se penetrauit potio extemplo, & ipsus
Perit, & res, & fides. si iratum scortum fortè est amatori suo,
Bis perit amator, ab re atque animo simul.

ACT. I, SC. 2.

-rationem dicam, quia qui
Alterum incusat probri, ipsum

ſe intueri oportet.

IBIDEM.

Dum viuit, hominem noueris
vbi mortuus eſt, quieſcas.

Te, dum viuebas, noueram.

IBIDEM.

-certè hercle quàm veterrumus
Homini optumus eſt amicus. nō
hercle occiderunt mihi etiam
Fundi & ædes.

ACT. 2, SC. 1.

Actutum fortunæ ſolent muta-
rier: varia vita eſt: nos diuitem
Eum meminimus, atque iſte pau-
peres nos. Verterunt ſeſe me-
moriæ:
Stultus ſit qui id admiretur. ſi e-
get, neceſſe eſt nos patiatur ali-
Ita æquom factu eſt, piaculum eſt
miſereri nos hominum
Rem malè gerentium.

ACT. 2, SC. 4.

-ad ſuum quenque æquom eſt
quæſtum
Eſſe callidum.

ACT. 2, SC. 5.

Malè quod mulier facere incœ-
pit, niſi efficere perpetrat,

Id illi morbo, id illi senio est, ea illi miseræ miseria 'st.
Si benefacere incepit, eius eam citò odium percipit.
Nimísque paucæ sunt defessæ, male quæ facilè occeperunt,
Nimísque paucæ efficiunt, siquid occeperint benefacere.
Mulieri nimio malefacere melius est onus quàm bene.

ACT. 2, SC. 6.

Non laudandus est qui plus credit quæ audit quàm
Quæ videt. non placet quom illi plus laudant quæ audiunt,
Quàm quæ vident. pluris est oculatus testis vnus quàm auriti
Decem. qui audiũt, audita dicũt, qui vident, planè sciunt.
Non placet quem scurræ laudãt, manipulares mussitant,
Neque illi, quorum lingua gladiorum aciem præstringit domi.
Strenui nimio plus prosunt populo quàm arguti & cati.

IBIDEM.

Facilè sibi facunditatem virtus arguta inuenit.

Qui amat, nequit quin nihili sit, atque improuisè partibus expoliet.
Nā hoc quī sit ita, nequis id quærat ex me, domi scit quæ facit
Improba facta amator, qui bona sua pro stercore habet, foras
Iubet ferri, metuit publicos, mun dissumus est, puras sibi esse volt
Ædeis. domi quicquid habet, verritur ἔξω, quandoquidem ipsus
Perditū se it: secretò hercle quidem illū adiutabo, neque mea ille quidem
Opera vnquā nihilominus properè quàm potest peribit.
Nam iam de hoc obsonio, de mina diminui modò quinque
Nummos, mihi detraxi partem herculaneam. nam hoc assimile est,
Quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi, nisi deriuetur, tamen
Omnis aqua abeat in mare. Nā hoc in mare abiit, miseréque
Periit sine bona omni gratia. hæc quom video fieri, suffuror,
Suppilo, de præda prædam capio. meretricem ego item esse reor

Mare vt eſt, quod des deuorat,
nunquam abundat.

ACT. 4, SC. 2.

Nam inuidere alii bene eſſe, tibi
malè eſſe, miſerum eſt.
Qui inuident, egent: illi, quibus
inuidetur, rem habent.

ACT. 4, SC. 3.

-plus poteſt qui plus
Valet.

IBIDEM.

-per tua obſecro genua,
Vt tu iſtuc inſipienter factum, ſa-
piéter feras, mihíqueignoſcas,
Quod animi impos vini vitium
fecerim. c. Non placet
In mutum quippiam conferri
quod loqui non poteſt. nam
vinum ſi
Fabulare poſſit, ſe defenderet. nõ
vinum hominibus moderari,
Sed vino homines ſolét, qui qui-
dem probi ſunt. verùm
Qui improbus eſt „ſiue ſubbibit,
ſiue adeo caret temeto,
Tamen ab ingenio eſt impro-
bus.

ACT. 4, SC. 4.

-verum est verbum quod memoratur, vbi amici,
Ibidem sunt opes.

ACT. 5, SC. 1.

Omnes homines ad suum quæstum callent, & fastidiunt.



EX P. TERENTIO.

EX ANDRIA.

ACT I, SC. I.

-id arbitror
Apprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis.

IBIDEM.

-hoc tempore
Obsequium amicos, veritas odiũ parit.

IBIDEM.

-Ingenium est omnium
Hominum ab labore procliue ad lubidinem.

ACT. I, SC. 2.

Non hercle intelligo. S. Non? hem. D. Non. Dauus sum, non OEdipus.

S. Népe ergo apertè vis, quæ restant, me loqui. D. Sanè quidem.

ACT. 2, SC. I.

-quanto satius est te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo dimoueas tuo, quàm id loqui
Quo magis libido frustrà incendatur tua?
C. Facilè omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus:
Tu si hîc sies, aliter sentias.

ACT. 2, SC. 5.

Verum illud verbũ est quod vulgo dicị solet,
Omnes sibi melius malle esse quàm alteri.

ACT. 3, SC. I.

Nunc huius periculo fit, ego in portu nauigo.

ACT. 3, SC. 3.

-sic hercle est vt dicam tibi,
Amantium iræ amoris redintegratio est.

ACT. 4, SC. I.

Hoccine credibile est, aut memorabile,

Tanta vecordia innata quoiquã vt siet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua comparent vt commoda?ah
Idne est verum? imò id genus hominum est pessumum, in
Denegãdo modò queis pudor est paululum,
Pòst vbi tempus promissa iam perfici,
Tum necessariò se aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit denegare. ibi
Tum impudentissima eorum oratio est,
Quis tu es? quis mihi es? cur meã tibi? heus
Proximus sum egomet mihi.

ACT. 4, SC. 5.

-fallacia
Alia aliam trudit.

ACT. 5, SC. 2.

-omnis res est iam in vado.

ACT. 5, SC. 4.

At mihi vnus scrupulus etiam re-

ſtat, qui me malè habet. P. DI-
gnus es
Cum tua religione, odio. nodum
in ſcirpo quæris.

ACT. 5, SC. 6.

More hominum euenit, vt quod
ſim nactus mali,
Prius reſciſceres tu quàm ego
quod tibi euenit boni.

EX EVNVCHO.

IN PROLOGO.

Nullum eſt iam dictum quod nō
dictum ſit prius.

ACT. 1, SC. 1.

Here, quæ res in ſe neque conſi-
lium neque modum
Habet vllum, eam conſilio rege-
re non potes.
In amore hæc omnia inſunt vi-
tia, iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum. incerta hæc
ſi tu poſtules

Ratione certa facere, nihilo plus agas
Quàm si des operam vt cùm ratione insanias.

ACT. I, SC. 2.

Quæ vera audiui, taceo & contineo optumé.
Sin falsum, aut vanum, aut fictũ est, continuò palàm est.
Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo.

ACT. 2, SC. I.

Di boni quid hòc morbi est? adeóne homines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse?

ACT. 2, SC. 2.

Di immortales, homini homo quid præstat stulto intelligẽs
Quid interest?

IBIDEM.

Est génus hominum qui esse primos se omnium rerum volũt,
Nec sunt: hos consector, hisce ego non paro me vt rideant,
Sed his vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror simul.

Quicquid dicũt, laudo: id rursus
si negant, laudo id quoque.
Negat quis? nego. ait? aio. postremò imperaui egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus nũc
est multo vberrimus.

IBIDEM.

-hoc nunc dices
Eiectos hinc nos. Omnium rerũ
heus vicissitudo est.

ACT. 3, SC. I.

-quid ais inquam, homo impudens?
Lepus tute es & pulpamentum
quæris.

ACT. 4, SC. 5.

Verbum hercle hoc verũ est, Sine
Cerere & Libero friget Venus.

ACT. 4, SC. 6.

Scio istuc: sed tu quod cauere possis, stultum est admittere.

ACT. 4, SC. 7.

Omnia prius experiri quàm armis, sapientem decet.

IBIDEM.

-noui ingenium mulierum,
Nolunt

Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiũt vltró.

ACT. 5, SC. 1.

Scelesta, ouem lupo commisisti.

ACT. 5, SC. 2.

At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam

Fore Thais: sæpe ex huiusmodi re quapiam, & ex malo principio magna familiaritas

Conflata est, quid si hoc quispiã voluit deus?

EX HEAVTONT.

ACT. 1, SC. 2.

Quid reliqui est quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona?

Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.

Atque hæc perinde sunt vt illius animus qui ea possidet:

Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

IBIDEM.

Verùm vbi animus semel se cu-

nn.i.

piditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia con
sequi consimilia: hoc
Scitum est, periculum ex aliis fa-
cere, tibi quod ex vsu siet.

ACT. 1, SC. 1.

Nunc ait, Periculum ex aliis fa-
cito tibi; quod ex vsu siet.
Astutus, næ ille haud scit quàm
mihi nunc surdo narret fabu-
lam.
Magis nunc me amicæ dicta sti-
mulant, Da mihi; atque affer
mihi.

ACT. 2, SC. 2.

-nosti mores mulierum,
Dum moliuntur, dum comun-
tur, annus est.

ACT. 2, SC. 3.

Non fit sine periculo facinus ma
gnum & memorabile.

IBIDEM.

-Ademptum tibi iam faxo o-
mnem metum,   (mias,
In aurem vtramuis otiose vt dor

IBIDEM.

In tempore ad eam veni: quod
rerum omnium est primum.

ACT. 3, SC. 1.

Aut ego profectò ingenio egregio ad miseriam
Natus sum, aut illud falsum est quod vulgò audio
Dici, diem adimere ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abest, magis cupio tanto & magis desidero.

IBIDEM.

-deteriores omnes sumus licentia.

IBIDEM.

-di vestram fidem.
Itáne comparatam esse hominũ naturam omnium,
Aliena melius vt videant & iudicent
Quàm sua? an eò fit quia in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio aut ægritudine?
Hic mihi quanto nunc plus sapit quàm egomet mihi.

ACT. 3, SC. 2.

-equidem te demiror, Chreme,

ACT. 2, SC. I.

-quanto satius est te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo dimoueas tuo, quàm id loqui
Quo magis libido frustrà incendatur tua?
c. Facilè omnes, quum valemus, recta consilia ægrotis damus:
Tu si hîc sies, aliter sentias.

ACT. 2, SC. 5.

-Verum illud verbū est quod vulgo dici solet,
Omnes sibi melius malle esse quàm alteri.

ACT. 3, SC. I.

Nunc huius periculo fit, ego in portu nauigo.

ACT. 3, SC. 3.

-sic hercle est vt dicam tibi,
Amantium iræ amoris redintegratio est.

-ACT. 4, SC. I.

Hoccine credibile est, aut memorabile,

Tanta vecordià innata quoiquā
vt siet,
Vt malis gaudeant, atque ex in-
commodis
Alterius sua comparent vt com-
moda? ah
Idne est verum? imò id genus ho
minum est pessumum, in
Denegādo modò queis pudor est
paululum,
Pòst vbi tempus promissà iam
perfici,
Tum necessariò se aperiunt, & ti-
ment,
Et tamen res cogit denegare. ibi
Tum impudentissima eorum o-
ratio est,
Quis tu es? quis mihi es? cur meā
tibi? heus
Proximus sum egomet mihi.

ACT. 4, SC. 5.

-fallacia
Alia aliam trudit.

ACT. 5, SC. 2.

-omnis res est iam in vado.

ACT. 5, SC. 4.

At mihi vnus scrupulus etiam re-

ſtat, qui me malè habet. PA. Di
gnus es
Cum tua religione, odio. nodum
in ſcirpo quæris.

ACT. 5, SC. 6.

More hominum euenit, vt quod
ſim nactus mali,
Prius reſciſceres tu quàm ego
quod tibi euenit boni.

EX EVNVCHO.

IN PROLOGO.

Nullum eſt iam dictum quod nõ
dictum ſit prius.

ACT. 1, SC. 1.

Here, quæ res in ſe neque conſi-
lium neque modum
Habet vllum, eam conſilio rege-
re non potes.
In amore hæc omnia inſunt vi-
tia, iniuriæ,
Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum. incerta hæc
ſi tu poſtules

Ratione certa facere, nihilo plus
agas
Quàm si des operam vt cùm ratione insanias.

ACT. 1, SC. 2.

Quæ vera audiui, taceo & contineo optumè.
Sin falsum, aut vanum, aut fictũ est, continuò palàm est.
Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo.

ACT. 2, SC. 1.

Di boni quid hoc morbi est? adeóne homines immutarier
Ex amore, vt non cognoscas eundem esse?

ACT. 2, SC. 2.

Di immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligẽs
Quid interest?

IBIDEM.

Est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volũt,
Nec sunt: hos consector, hisce ego non paro me vt rideant,
Sed his vltrò arrideo, & eorum ingenia admiror simul.

Quicquid dicũt, laudo: id rursum
si negant, laudo id quoque.
Negat quis? nego. ait? aio. postre-
mò imperaui egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus nũc
est multo vberrimus.

IBIDEM.

-hoc nunc dices
Eiectos hinc nos. Omnium rerũ
heus vicissitudo est.

ACT. 3, SC. I.

-quid ais inquam, homo impu
dens?
Lepus tute es & pulpamentum
quæris.

ACT. 4, SC. 5.

Verbum hercle hoc verũ est, Sine
Cerere & Libero friget Venus.

ACT. 4, SC. 6.

Scio istuc: sed tu quod cauere po-
ssis, stultum est admittere.

ACT. 4, SC. 7.

Omnia prius experiri quàm ar-
mis, sapientem decet.

IBIDEM.

-noui ingenium mulierum,
Nolunt

Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiũt vltrò.

ACT. 5, SC. 1.

Scelesta, ouem lupo commisisti.

ACT. 5, SC. 2.

At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais: sæpe ex huiusmodi re quapiam, & ex malo principio magna familiaritas
Conflata est. quid si hoc quispiã voluit deus?

EX HEAVTONT.

ACT. 1, SC. 2.

Quid reliqui est quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona?
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.
Atque hæc perinde sunt vt illius animus qui ea possidet:
Qui vti scit, ei bona: illi qui non vtitur rectè, mala.

IBIDEM.

Verùm vbi animus semel se cu-

pidicate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia con
sequi consimilia: hoc
Scitum est, periculum ex aliis fa-
cere, tibi quod ex vsu fiet.

ACT. 1, SC. 1.

Nunc ait, Periculum ex aliis fa-
cito tibi, quod ex vsu fiet.
Astutus, næ ille haud scit quàm
mihi nunc surdò narret fabu-
lam.
Magis nunc me amicæ dicta sti-
mulant, Da mihi; atque affer
mihi.

ACT. 2, SC. 2.

-nosti mores mulierum,
Dum moliuntur, dum comun-
tur, annus est.

ACT. 2, SC. 3.

Non fit sine periculo facinus ma
gnum & memorabile.

IBIDEM.

-Ademptum tibi iam faxo o-
mnem metum, (mias,
In aurem vtramuis otiose vt dor

IBIDEM.

In tempore ad eam veni: quod
rerum omnium est primum.

ACT. 3, SC. 1.

Aut ego profectò ingenio egregio ad miseriam
Natus sum, aut illud falsum est quod vulgò audio
Dici, diem adimere ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abest, magis cupio tanto & magis desidero.

IRIDEM.

-deteriores omnes sumus licentia.

IRIDEM.

-di vestram fidem.
Itáne comparatam esse hominũ naturam omnium,
Aliena melius vt videant & iudicent
Quàm sua? an eò fit quia in re nostra, aut gaudio
Sumus præpediti nimio aut ægritudine?
Hic mihi quanto nunc plus sapit quàm ego met mihi.

ACT. 3, SC. 2.

-equidem te demiror Chreme,

Tam mane.qui here tantum biberis? c. Nihil nimis.

s. Nihil narras? visa verò est quod dici solet,

Aquilæ senectus.

ACT. 2, SC. 3.

Noui ego amantium animos: aduertunt grauiter quæ non censeas.

ACT. 4, SC. 1.

Non licet hominem esse sæpe ita vt volt, si res non sinit.

Nunc ita tempus est mihi vt cupiam filiam; olim nihil minus.

ACT. 4, SC. 2.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi.

Nihil tam difficile quin quærendo inuestigari possiet.

ACT. 4, SC. 3.

Quid tum quæso, si hoc pater resciuerit?

s. Quid si redeo ad illos qui aiũt, Quid si nunc cælum ruat?

ACT. 4, SC. 5.

Eò nunc confugies, quid mea? nū mihi datum eſt?
Num iuſſi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verum illud Chreme
Dicunt, Ius ſummum ſæpe ſumma malitia eſt.

ACT. 4, SC. 6.

Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis fiet,
Quam inuitus facias.

ACT. 5, SC. 1.

Nónne id flagitium eſt te aliis conſilium dare,
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier?

ACT. 5, SC. 2.

-matres omnes filiis
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent eſſe.

EX ADELPHIS.

ACT. I, SC. I.

Profectò hoc verè dicunt, si absis vspiam aut
Vbi si cesses, euenire ea satius est
Quæ in te vxor dicit,& quæ in animo cogitat
Irata, quàm illa quæ parentes propitii.
Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari,aut potare,aut animo obsequi,
Et tibi bene esse soli, quō sibi sit malé:
Ego, quia non rediit filius, quæ cogito,&
Quibus nunc solicitor rebus, ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, ac perfregerit aliquid?

IBIDEM.

-alii clanculum
Patres quæ faciunt,quę fert adolescentia,
Ea ne me celet consuefeci filium.
Nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem, aut

Audebit: tanto magis audebit cæteros.
Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius esse, credo quàm metu.

IBIDEM.

Errat longè, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse aut stabilius,
Vt quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.
Mea sic est ratio, & sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clàm, rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit.
Studet par referre, præsens absénsque idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte rectè facere quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,

Fateatur nescire imperare liberis

ACT. 1, SC. 2.

Homine imperito nũquam quicquam iniustius:
Qui nisi quod ipse fecit nihil rectum putat.

ACT. 2, SC. 2.

Pecuniam in loco neglegere, maxumum interdum est lucrum.

IBIDEM.

-ego spem pretio non emo.

ACT. 3, SC. 3.

Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt,
Prospicere.

ACT. 4, SC. 1.

-Hem tibi autem. c. Quidnam est? s. lupus in fabula.
c. Pater est? s. Ipsus est.

ACT. 4, SC. 3.

Omnes quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio

quomodo
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt neglegi.

ACT. 4, SC. 5.

Erubuit, ſalua res eſt.

ACT. 4, SC. 7.

Placet tibi factũ Mitio? M. Non, ſi queam
Mutare: nunc quom nõ queo, æquo animo fero.
Ita vita eſt hominũ quaſi quom ludas teſſeris:
Si illud quod eſt maximè opus, iactu non cadit,
Illud quod cecidit fortè, id arte vt corrigas.

ACT. 5, SC. 3.

-vetus verbum hoc quidẽ eſt,
Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

IBIDEM.

-ô noſter Demea,
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius:

Solum vnum hoc vitium affert
senectus hominibus,
Attétiores sumus ad rem omnes
quàm sat est.

ACT. 5, SC. 4

Nunquam ita quisquã bene sub-
ducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper ali-
quid apportet noui,
Aliquid moneat: vt illa, quæ te
scire credas, nescias:
Et quæ tibi putaris prima, in ex-
periundo repudies.

IBIDEM.

-reipsa repperi,
Facilitate nihil homini esse me-
lius neque clementia.

ACT. 5, SC. 8.

-vitium cómune omni um est,
Quòd nimium ad rem in senecta
attenti sumus.

IBIDEM.

-suo sibi hunc
Gladio iugulo.

EX HECYRA.

ACT. 2, SC. I.

Vno animo omnes socrus oderunt nurus.

ACT. 3, SC. I.

Mulieres sunt ferme, vt pueri leui sententia.

ACT. 3, SC. 2.

qui amat quoi odio ipsus est, bis facere stultè dico:
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiam affert.

ACT. 3, SC. 3.

profectò hoc sic est vt puto,
Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sum᷒.

IBIDEM.

Ô fortuna, vt numquam perpetuò es bona!

ACT. 4, SC. 3.

Istuc est sapere, qui, vbicunque opus est, animũ possis flectere.

ACT. 4, SC. 4.

Censén' te posse reperire vllam mulierem

Quæ careat culpa? an quia nos delinquunt viri?

ACT. 5, SC. 3.

...tua quod nihil refert, percõtari desinas.

EX PHORMIONE.

ACT. I, SC. I.

Quàm iniquè comparatum est, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant ditioribus.

ACT. I, SC. 2.

...vt nunc sunt mores, adeò res rediit,
Siquis quid reddit, magna habéda est gratia.

IBIDEM.

...is senem per epistolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.

IBIDEM.

...nam quæ inscitia est

Aduorsum stimulum calces?

IBIDEM.

-scisti vti foro.

ACT. 1, SC. 3.

-ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet.

ACT. 1, SC. 4.

Loquarne? incendam? taceam? instigem? purgem me? laterem lauem.

IBIDEM.

-fortes fortuna adiuuat.

ACT. 2, SC. 1.

Quamobrẽ omnes, quom secundæ res sunt maximè, tum maximè
Meditari secum oportet quo pacto aduorsam ærumnã ferant.

IBIDEM.

-nihil est dictu facilius.

ACT. 2, SC. 2.

-ad te summa solùm Phormio rerum redit.
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum: accingere.

IBIDEM.

-iam pedum visa est via.

IBIDEM.

-non rete accipitri tenditur neque miluio,
Qui malè faciunt nobis, illis qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Aliis aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt nihil esse.

ACT. 2, SC. 3.

-actum (aiunt) ne agas.

ACT. 2, SC. 4.

-verum ita est,
Quot homines, tot sententiæ:
suus cuique mos.

ACT. 3, SC. 2.

-cantilenam eandem canis.

IBIDEM.

Mihíne domi est? imò quod aiunt, auribus teneo lupum.

ACT. 3, SC. 3.
-dictum sapienti sat est.

IBIDEM.

Solus est homo amico amicus.

ACT. 4, SC. 1.

Pol me detinuit morbus. P. Vnde? aut qui? C. Rogas?
Senectus ipsa est morbus.

ACT. 4, SC. 4.

-nihil est Antipho
Quin malè narrando possit deprauarier.
Tu id quod boni est, excerpis, dicis quod mali est.

ACT. 5, SC. 2.

Nostrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos:
Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt.

IBIDEM.

-his nunc præmium est, qui recta praua faciunt.

ACT. 5, SC. 8.

Hens heus, quanta hæc n
pertas est, tamen
Adhuc curaui vnum ho
vt mihi esset fides.

ACT. 5, SC. 9.

-verba fiunt mortuo.



EX ALIIS COMICIS QVORVM comœdiæ nō extāt, sed earum fragmē-ta duntaxat.

(Seruatus est autem ordo alphabeticus vt suprà in Græcis comicis.

EX AFRANIO.

Hem iste parentum est vitabilis liberis,
Vbi malunt metui quàm vereri se à suis.

EX EODEM.

Formosa virgo est. dotis dimidiū vocant
Isti qui dotes negligunt vxorias.

EX EODEM.

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas & corpus tenerum & morigeratio,

Hæc ſunt venena
mulierum.
Mala ætas nulla de
nenit.



EX CÆCILIO.

Quanquam ego mercede hîc con
dictus tua aduenio,
Ne tibi me esse ob eam rem reare obnoxium.
Audibis malè si malè dicis mihi.

EX EODEM.

Ædepol senectus, si nihil quicquã
aliud vitii
Apportes tecum, quum aduenis,
vnum id sat est,
Quòd diu viuendo, multa quæ
non vult videt.

EX EODEM.

Tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum,
Sentire ea ætate esse se odiosum
alteri.

Quanuis autem in vtroque loco de re agatur eadem, & apud Ciceronem hic illum proximè sequatur, ex duabus tamen sunt tragœdiis, nimirum ille ex Plotio, hic autem ex Hephæstione.

EX EOD

S. Is demum miser
mnam suam nequ
Occultare. M. Ferre
forma & factis fac
Si taceã, tamé indici
nisi dotem, omnia
Quæ nolis, habet. qui
discet, qui quasi
Ab hoste captus, liber
ua vrbe atque arce.
Quæ nihil quicquam
priuatum, vin' me
Dum eius mortem inh
viuo mortuus.

EX EODE

S. Sed tua morosáne
so est?
M. Quam rogas?
S. Quî tandem? M. T
tionis: quæ mihi, vbi
Adueni, ac sedi, extemp
datat ieiuna anima.
S. Nihil peccat de suauio
uomas volt quod for
teris.

EX EODEM.

Is demum infortunatus
mo pauper
Qui educit in egestate libe

fortuna
Et res est vt continuò pateat. nã
opulento famam
Facilè occultat factio.

EX EODEM.


-Deum qui non summum putet,
Aut stultum aut rerum imperitũ
esse existima.
Cui in manu sit quem esse demẽ-
tem velit,
Quem sapere, quem sanari, quem
in morbum iniici.
Quem cõtrà amari, quem accer-
siri, quem expeti.

*Extant autem hi Euripidis ver-
sus apud Stobæum quorum inter-
pretationem in prioribus illis Cæci-
lii habemus,*

Ἔρωτα δ᾽ ὅστις μὴ θεὸν κρίνει μέ-
γαν,
Καὶ τῶν ἁπάντων δαιμόνων ὑπέρ-
τατον,
Ἢ σκαιός ἐστιν, ἢ καλῶς ἄπειρος ὢν,
Οὐκ οἶδε τὸν μέγιστον ἀνθρώποις
θεόν.

Nam & Cæcilium de Amore
hîc loqui, ex Cicerone discimus,
Tusc. 4.





EX EODEM

Sæpe est etiam sub pallio sordido sapientia.



EX NÆVIO.

Ædepol Cupido, quum pusillus sis, nimis multum vales.

EX EODEM.

Tu pueri pusilli simile es, quia enim ad os fers quicquid nactus es.

EX EODEM.

Qui habet vxorem sine dote, pãnum positum in purpura est.

EX EODEM.

Malè parta malè dilabuntur.



EX L. POMPONIO.

Ego rumorem parui facio, dum sit rumen qui impleam.



EX SEXTO TVRPILIO.

Nunc me ex aliorum ingeniis iudicat,
Intercapedo quorum amicitias leuat.

EX EODEM.

Ego ædepol docta dico, quæ mulier volet sibi
Summum amicum esse indulgentem & diutinum,
Modicè atque parcè eius serui ad cupidines.

EX EODEM.

Profectò vt quisque minimo cōtentus fuit,
Ita fortunatam vitam duxit maximè,
Vt philosophi aiunt isti, Quiduis satis est.



DE PVBLIO SYRO

Gellius libri 17 capite 14.

Publius mimos scriptitauit, dignúsque habitus est qui super Laberio iudicaretur. C. autem Cæsarem ita Laberij maledicentia & arrogantia offendebat vt acceptiores & probatiores sibi esse Publii quàm Laberii mimos prædicaret. Huius Publii sententiæ feruntur pleræque lepidæ, & ad communem sermonum usum accõmodatissimæ. Ex quibus sunt istę singulis uersibus circunscripta, quas libitum est hercle adscribere,

Malum consilium est quod mutari non potest.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Feras, non culpes, quod vitari non potest.

Cui plus licet quàm par est, plus vult quàm licet.

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Frugalitas miseria rumoris est boni.

Hæredis fletus sub persona risus est.

Furor fit læsa sæpius patientia.

Improbè

Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

Ita amicum habeas, posse vt fieri hunc inimicum putes.

Veterem ferendo iniuriam, inuitas nouam.

Nunquam periculum sine periculo vincitur.

Nimium altercando veritas amittitur.

Pars beneficii est, quod petitur si belle neges.



PVBLII SYRI MIMI, SEV SENTENTIÆ selectæ olim ex eius mimis, & postea in quosdam velut cõmunes virtutum & vitiorum locos digestæ,

Cum D. Erasmi explicatione.



DE PRVDENTIA & sagacitate in rebus agendis.

Bonum est fugienda aspicere alieno in malo.

Quid tibi sit fugiendum, id discas non tuo malo, sed ex aliorum malis exemplum sumito.

Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

Ex alienis erratis sapiens colligit quid sibi sit cauendum.

Deliberandum est diu quod statuendum est semel,

De quo non potes nisi semel statuere, veluti de matrimonio, de hoc diu deliberandum est priusquam aggrediaris.

Deliberare vtilia, mora est tutissima.

Tutissimū est esse lentas consultationes. Nam præcipitata consilia plerunque sunt inauspicata.

Diu apparandum est bellum, vt vincas celerius.

Qui in aggrediendo nimium properant, aliquando tardius conficiunt. Mora in apparando non dispendium est, sed lucrum ad negotium citò conficiendum.

Ducis in consilio posita est virtus militum.

Frustra sunt fortes milites, ni ducis prudentia regantur.

Mora omnis odio est, sed facit sapientiam.

Molesta est mora in omni re, tamen ea nos reddit sapientes, nequid agamus temere aut inconsultò.

Animus vereri qui scit, scit tutò aggredi.

Qui intelligit periculū, is nouit cauere periculū. Temeritas autem periculosè rem aggreditur, quia nescit timere.

Aspicere oportet quæ possis deperdere.

Serua quod nolis perire. Oculus autem, hoc est præsentia domini, optimus rei custos. (casio.

Cauendi nulla est dimittenda oc

Nunquam satis caueris. Aliquando nocendi est omittenda occasio, cauendi nunquam. (pori.

Honestè seruit, qui succumbit té-

Honestum est seruire tempori, & cedere fortunæ ad tempus.

Quum. vitia prosunt, peccat qui rectè facit.

Quum expedit esse malos, tum nocet esse bonos: & quũ præmiũ est malefactis, tũ benefactis pœna est.

Etiam obliuisci quod sis, interdũ expedit.

Expedit aliquoties meminisse magis quid præsens tempus & res postulet quàm tua dignitas.

Futura pugnant, vt se superare sinant.

Sic instãt futura mala, vt tamẽ vinci vitarique possint prudentia.

Habet suũ venenũ blanda oratio.

Insidiosa est blandiloquẽtia, & mel le litum venenum. (crimina.

Difficilè oportet aurẽ habere ad

Ne facilè credas accusanti quempiã.

De inimico ne loquare, malum si cogites.

Si cogitas nocere inimico, caue loquaris malè. cauebit enim ille. Stultum est igitur maledicere. Nã si amicus est, iniquè facis: sin inimicus, minus illi nocebis. In *meo veteri codice erat, Sed cogites: vt sit sensus,* Inimico *palã ne detrahas, sed apud te tacitus cogita.*



DE TEMERITATE *& stultitia.*

Grauis animi pœna est quẽ post factum pœnitet.

Magnã pœnam dedit quem pœnitet facti.

Ad pœnitendum properat, citò qui iudicat.

Ne statim pronunties. Nam præcipitati iudicij sæpe pœnitet.

Bene perdit nummos, iudici qui dat nocens.

Qui corrumpit iudicẽ pecunia, quũ sit nocens, perdit eã, sed suo bono: proinde

proinde bene perdit.

Ridiculum eſt odio nocentis perdere innocentiam.

Stultũ eſt ſic odiſſe peccatũ, vt ipſe pecces: veluti ſi quis ob impudicã vxorem veneno tollat adulterũ, & ſic puniat adulterium, vt ipſe fiat veneficus.

Malum conſilium eſt quod mutari non poteſt.

Nunquã te innoluas eiuſmodi nodo, vt explicare te non poßis.

Contemni eſt leuius quàm ſtultitia percuti.

Satius eſt contẽni ob virtutẽ quàm ſtultum quid agere.

Facilitas animi ad partem ſtultitiæ rapit.

Facilè adducitur ad vitia, qui facilis eſt animo.

Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, adimit ſibi.

Olim ſolebãt inferias exhibere mortuis. hoc perit viuis, & nihil accipit mortuus.

Abſentẽ lædit qui cũ ebrio litigat.

Mens enim ebrii non adeſt cum qua loquendum eſt. itaque perinde eſt acſi non adeſſet ipſe.

Frustra, quũ ad senectam ventum est, repetas adolescentiam.

Non licet reiuuenescere. proinde seni tractanda sunt senilia.

Male secum agit æger, medicum qui hæredem facit.

Inuitat enim vt occidat.

-improbè

Neptunum accusat qui iterum naufragium facit.

Qui semel expertus, iterũ exponit se periculo, imprudenter accusat fortunam.

Inuitum quum retineas, exire incitas.

Qui nõ cupit manere, hunc quo magis retines, hoc magis cupit abire.

Malæ naturæ nunquam doctrina indigent.

Ad mala uel citra doctorem sumus idonei: uirtus discitur.

DE DISSIMVLAtione, fictione, & mendacio.

Bonitatis verba imitari, maior malitia est.
Qui malus est & bene loquitur, is plus quàm malus est.

Malus vbi bonum se simulat, tũc est pessimus.
Dissimulata malitia pessima est.

Timidus vocat se cautum, parcũ sordidus.
Suis quisque vitiis blãditur, eáque extenuat mutatis nominibus.

Falsum maledictum, maleuolum mendacium est.
Qui conuitiatur & mentitur, is malitiosè mentitur.

Ficta, citò ad naturam reciderint suam.
Simulata non diu durant.

Graue est malũ omne quod sub aspectu latet.
Malũ illud est immedicabile quod prętextu bonæ rei personatum est.

Grauior inimicus, qui latet sub pectore.

Affectus vitiosus maximè nocet homini: at is latet sub pectore, nec potest excuti.

Homo semper in sese aliud fert, in alterum aliud cogitat.

Nemo non est dissimulator.

Hæredis fletus, sub persona risus est.

Fletus hæredis est risus personatus, id est dissimulatus. gaudet enim, etiamsi fleat.

Cuius mortem amici expectant, vitam oderunt.

Eius vita sit inuisa oportet, cuius amici mortem optant.

Nil peccent oculi, si animus oculis imperet.

Oculos incusamus, quasi ministrēt occasionem multarum cupiditatum: at animus in culpa est qui oculis non imperat.

Astutè dum celatur, se ætas indicat.

Senectus celari non potest.

Fortè sic legendum est, Astu crimen celatur, ætas indicat. Tempus *enim aperit omnia.*

Inuitat culpam qui peccatũ præterit.

Qui dißimulat peccatum, se inuitat ut iterum peccetur.

Bis peccas quũ peccanti obsequiũ accommodas.

Nam & illum adiuuas, & te eiusdem malefacti reum facis.

Bonis nocet, quisquis pepercerit malis.

Fit iniuria bonis quum impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri sunt, si liceat impunè malos esse.

Maledictum interpretando facies acrius.

Quidam excusant conuitium interpretatione, atque ita magis irritant.

DE SVSPICIONE.

Ad tristem partem strenua suspicio.

Suspicio plerunque vergit in partẽ deteriorem. Vel sic, Qui parũ sunt felices, magis laborant suspicione.

In calamitoso risus etiam iniuria est.

Miseri risu etiam offenduntur. Et quibus res sunt minus secundæ, ad suspicionẽ mali rapiunt etiam casu dicta.

DE CONSVETVdine & experientia.

Discipulus est prioris posterior dies.

Quotidiana rerum experientia reddimur sapientiores.

Hominẽ experiri multa paupertas iubet.

Paupertas ingeniosa est & artium repertrix.

Miseriam nescire est sine periculo viuere.

Qui sine periculo viuit, is feliciter viuit. Vita tuta quamuis humilis, felicißima est.

Mala est voluptas alienis assuescere.

Dulcis cibus alienus, sed fœda voluptas est assuescere alienis.

Grauissimum est imperium consuetudinis.

Consuetudo planè tyrannidē quandam obtinet in rebus humanis, adeo vt stultissima quæque, si semel inoleuerint, reuelli nō poßint.

Bonarum rerum nimia cōsuetudo pessima est.

Vilescit quod consuetū eße cœperit.

DE AEQVITATE, fide, & bona conscientia.

Ab alio expectes alteri quod feceris.

Qualis fueris in alios, tales alii futuri sunt in te.

Fidem nemo vnquam perdit nisi qui non habet.

Pecuniā non perdit nisi qui habuit. At fidem is dicitur perdidiße, qui nō habuit, id est qui perfidus fuit.

Fidem qui perdit, nil potest vltrà perdere.

Omnia perdidit qui fidē perdidit.

Fidem qui perdit, quo se seruet in reliquum?

Qui perdit pecuniā, habet in quod se seruet: qui fidē, nihil habet cui se seruet.

Fides, vt anima, vnde abiit, nunquam redit.

Vt vita semel amissa nunquam reuertitur, sic nec fides.

Etiam in peccato rectè præstatur fides.

Adeo seruāda est fides, vt etiam malis in rebus aliquando præstanda sit.

Etiam hosti est æquus qui habet in consilio fidem.

Qui sequitur quod dictat fides, non quod dolor, is etiā hostibus erit æquus.

Magis hæres fidus nascitur quàm scribitur.

Filius nascitur hæres, hæredipeta scribitur.

Mala causa est quæ requirit misericordiam.

Innocentia non eget misericordia, sed æquum desiderat iudicē. At cui fiducia rei tota est in misericordia iudicis, peßimā habet causam.

Iudex damnatur, quū nocens absoluitur.

Quum absoluitur nocēs, tunc iudex non innocens sit oportet.

In malis sperare bonum, nisi innocens, nemo solet.

Bona conscientia. facit vt in malis speremus superos auxiliaturos.

DE INIVRIA ET superbia.

Etiam qui faciunt, odio habent iniuriam.

Nolunt sibi fieri iniuriam nec ii qui faciunt aliis.

Multis minatur qui vni facit iniuriam.

Omnes expectant iniuriã ab eo qui vni fecerit.

Mutat se bonitas, quũ irrites iniuria.

Boni fiunt mali, si prouoces.

Malè facere qui vult, nusquam nõ causam inuenit.

Malis nusquam deest occasio malè faciendi.

Maleuolus semper sua natura vescitur.

Etiam si deest præmium maleficij, tamen maleuolus fruitur sua malitia, & vel gratis malus est.

Graue crimen, etiam quum dictũ est leuiter, nocet.

Suspectum enim hominẽ facit, vt ei in posterum diffidatur.

Illo nocens se damnat quo peccat die.

Quisquis admittit scelus, ilico sibi damnatus est iudice conscientia, etiãsi iudex nemo pronuntiet.

Aleator quãto in arte est melior tanto est nequior.

In mala re quo magis excellis, tantò sceleratior es.

Mala est medicina vbi aliquid naturæ perit.

Medicina quę lædit naturam, dura est, velut quæ membrum aufert.

Citò ignominia fit superbi gloria.

Arrogãtiã semper sequitur infamia. Et qui insolenter vtitur gloria, incidit in ignominiam.

Graue præiudicium est quod iudicium non habet.

Post præiudicia sequuntur iudicia, in quibus excutiuntur præiudicia. At graue est illud præiudiciũ quod nõ sequitur aliud iudiciũ

sed ipsum indicii loco est. Veluti si princeps præ se ferat animũ inimicum in quempiã, nullus est iudex qui secus ausit indicare.

Heu quàm miserum est ab eo lædi de quo non possis queri.

Durum est lædi vel ab amico, vel à potente: quòd queri de altero nõ est honestũ, de altero nõ est tutũ.

Miserum est tacere cogi quod cupias loqui.


Durũ est, quũ non licet loqui quod velis. Nam illic multo minus licebit facere quæ velis, si loqui non licet.

Inferior horret, quicquid peccat superior.

Quod principes peccant, id recidit in malum plebis.

Malè imperando summum imperium amittitur.

Summũ imperiũ est bene imperare. id amittitur malè imperando. siue, Nullũ imperium tam potens quod non amittatur si tyrannicè imperes.



DE AMBITIONE & cupiditate.

Alienum nobis, noſtrum plus aliis placet.

Sua quenque ſortis pœnitet. Aliena miratur, verbo duntaxat. cæterùm ſi ad rem ventū ſit, pauci velint cum aliis commutare.

Alienum eſt quicquid optando euenit.

Id quod noſtro ſtudio paritur, verè noſtrum eſt: quod votis contingit, alienum eſt, nempe quod fortuna poſſit eripere.

Etiam celeritas in deſiderio mora eſt.

Cupienti etiam feſtinatio videtur mora.

Cui plus licet quàm par eſt, plus vult quàm licet.

Cui plus permittitur quàm æquū eſt, is plus ſibi ſumit quàm oportet. Hoc conuenit in tyrannis & vxores.

Inſtructa inopia eſt, in diuitiis cupiditas.

Cupere quū abundes, inopia quadā


est non expedita, sed instructa &
onusta, quasi dicas diues inopia.

Effugere cupiditatem, regnum est vincere.

Vincere auaritiam aut irã plus est quàm regnum.

Lasciuia & laus nunquam habẽt concordiam.

Intemperantia semper obnoxia est infamia.



DE BENEFI-centia.

Frustra rogatur qui misereri non potest.

Qui non potest mollescere precibus, quid opus est hunc rogare?

Ingenuitatem lædis, quum indignum rogas.

Seruile est supplicem esse homini indigno. læditur igitur ingenuitas.

Bona comparat præsidia misericordia.

In alios misericors, meretur vt in se fauẽtes sint alii, siquid inciderit.

Homo qui in homine calamitoso est misericors, meminit sui.
Intelligit enim sibi posse accidere vt sit opus auxilio.

Habet in aduersis auxilia, qui in secundis commodat.
Qui quũ feliciter agit, aliis subuenerit, huic alii subueniunt in rebus aduersis.

Benignus etiam dandi causam cogitat.
Qui liberalis est, non expectat vt rogetur, sed vltrò quaritat occasionem largiendi.

Bis est gratum, quod opus est vltrò si offeras.
Beneficium precibus extortum magnã gratię partem perdidit: quod vltrò oblatum est, id bis gratum.

Inopi beneficium bis dat qui dat celeriter.
Bis gratũ est beneficiũ, quòd statim promptéque datur egenti.

Minus decipitur, cui negatur celeriter.
Min⁹. enim diu sperat, & frustratur lenius.

Pars beneficii est, quod petitur si bene neges.
Quidã ita molestè dant, vt gratiã amittant beneficii: quidam adeo

cōmodè negant, vt videantur dedisse.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Beneficium dignis vbi das, omnes obligas.

Virtuti enim datur, non homini: & tuo beneficio bonus in cæteros omnes vtitur.

Bonus animus nunquam erranti obsequium accommodat.

Qui probus est ipse, nunquā alteri peccanti assentitur.

Eodem animo beneficium debetur quo datur.

Beneficium dare qui nescit, iniustè petit.

Non debet vti beneficiis aliorū, qui ipse nemini benefacit.

Fraus est accipere quod non possis reddere.

Dolus est accipere beneficiū à quoquā cui non possis tantundē reddere. (dere est.

Beneficiū accipere, libertatē ven-

Felicius est dare quàm accipere. Perdit enim libertatē, quisquis vtitur alterius beneficio.

Beneficia plura recipit qui scit reddere.

Ingratis nemo plura comm

quos experimur gratos, in his maiora conferimus.

Beneficium se dedisse qui dicit, petit.

Cōmemoratio beneficii dati, est reposcentis gratiam.

Beneficium sæpe dare, docere est reddere.

Qui sæpius bene meretur de aliquo, is prouocat ad gratitudinē quadam pertinacia benefaciendi.

Diues quod donat, timeas: citò rapturn venit.

[*Diuites enim apud egenos collocant beneficia, vt sibi deditos habeant, & ad singula momenta exprobratione coerceant*]

Erasmus autē legēs, Dies, sic exponit, Quod subitò contingit, subitò solet auferre fortuna.

Cui semper dederis, vbi neges, rapere imperes.

Qui assueuerit semper accipere, is putat iam sibi deberi quod datur, adeo ut si negaris, paratus sit eripere vi. Hoc *ad principes peculiariter attinet.*

Damnare est obiurgare, quū auxilio opus est.

Quum

Quũ amicus afflictus eget auxilio, tũ obiurgare non est officiosum, sed dãnare est. Primũ eximendus est calamitati, postea obiurgandus quòd sua culpa in eã inciderit.

Crudelis in re aduersa & obiurgatio.

Consolandus est amicus, non obiurgandus in rebus afflictis.

Dixeris maledictum, quũ ingratum hominem dixeris.

Ingratitudo omnia uitia in se complectitur. Nullum igitur conuitiũ dici potest contumeliosius.

Ingratus vnus miseris omnibus nocet.

Vnius hominis ingratitudo facit ut nec gratis succurratur quũ egẽt.

Malignos fieri maximè ingrati docent.

Ingrati faciunt ut qui benigni fuerint, contractius donẽt. Hos enim malignos uocat, id est parcos.

DE AVARITIA.

Inopiæ pauca desunt, auaritiæ omnia.

Multa desiderat pauper ad alia

vsum, sed auarus magis eget, quia nec id habet quod habet.

Luxuriæ desunt multa, auaritiæ omnia.

Multis eget profusor, auarus eget omnibus. Illi multis est opus, qui multũ absumit: huic nihil est satis, quum sit insatiabilis.

Tã deest auaro quod habet, quàm quod non habet.

Auarus enim non magis vtitur suis quàm alienis: vtrisque igitur ex æquo caret.

Auarus damno potius quàm sapiẽs dolet.

Sapiens non cruciatur damnis rerũ, sed is qui magni facit pecuniam.

Auaro quid mali optes, ni vt viuat diu?

Propterea quòd miserrimè viuat. Sũmum igitur malũ optat qui optat ei diutinam vitam.

In nullum auarus bonus, in se pessimus.

Nulli benefacit auarus, se verò etiam discruciat custodia rerum suarum.

Auarus nisi quũ moritur, nil rectè facit.

Etenim quũ moritur, tum demũ per-

mittit alios suis opibus frui.

Auarus ipse miseriæ causa est suæ.

Nā sua spōte & volēs pauper est.

Auarum facilè capias, vbi non sis idem.


Auarum facilè falles, nisi sis idem quod ille est, id est auarus & ipse.

Negandi causa auaro nunquam deficit.

Qui nō dat libenter, semper aliquā inuenit causam cur non det.

Malus est vocandus qui suâ causa est bonus:

Qui bene facit cōmodi sui causa, is malè facit.



DE FORTITVDIne animi.

Est honesta turpitudo pro bona causa mori.

Gloriosa est infamia vitam impendere iustitiæ.

Bona turpitudo est quæ periculum vindicat.

Pudor vtilis est per quem arcemur ab his quæ periculosa sunt.

In rebus dubiis plurimi est audacia.

Multũ ualet audacia, quũ res est dubia, id est periculosa.

Grauis animus dubiam non habet sententiam

Vir constans certa habet consilia.

Nunquam periculum sine periculo vincitur.

Audendum est aliquo pacto, si cupias effugere periculum. Nã qui timet omnia, nunquã sese explicabit.

Contumeliam non fortis potest nec ingenuus pati.

Ingenuitas non recipit contumeliam.

Generosus animus impatiens est cõtumeliæ.

Inuidiam ferre aut fortis aut felix potest.

Fortunati negligunt inuidiã: vir fortis contemnit.

Aliena homini ingenuo acerba est seruitus.

Durum est seruire ei qui liber sit natus.

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Si sinas impunitum peccatū, facis vt iterum libeat peccare.

Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram.

Iucundißima res est vindicta, & velut altera vita. Primū vitā tuetur suam, deinde capit voluptatem ex vltione.

In vindicando criminosa est celeritas.

Ne sis praeceps ad vltionem. Alii codices habent, *In iudicando, vt sit sensus,* Ne *sis ad iudicandum praeceps.*

DE IRACVNDIA.

Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.

Fortißimum est iram suam vincere.

Grauissima est probi hominis iracundia.

Vir bonus vt tardius, ita grauius irascitur, si victa sit illius bonitas

Bonum apud virum citò moritur iracundia.

Apud malos viros ita tardissimè senescit, apud bonos citò.

Cōſilio melius vincas quàm iracundia.

Prudentia citius efficies quæ voles quàm uiolentia & ferocitate.

Homo extra corpus eſt ſuum quū iraſcitur.

Non eſt apud ſe quiſquis iraſcitur.

Iratus etiam facinus conſilium putat.

Qui iraſcitur, etiam ſcelus putat iudicio rectéque fieri.

Iratum breuiter vites, inimicum diu.

Ira ſtatim ſubſidit, odiū diuturnū eſt. Odit autem quiſquis eſt inimicus. Ab hoc igitur diu cauendum eſt, imò ſemper.

Furor fit læſa ſæpius patientia.

Lenes quum ſæpius prouocantur, tandē iritati grauius iraſcuntur, quia rarius & ſerius commouentur.

Eripere telū, nō dare irato decet.


Irato non eſt danda occaſio nocendi ſed potius adimenda.

Inuidia tacitè, ſed minutè iraſcitur.

Inuidus habet irā ſuā, ſed diſſimulatā & minutam, hoc eſt de re nihili.

Fulmen est vbi cum potestate habitat iracundia.

Potens quũ irascitur, fulminat, non irascitur.



DE SEVERITATE

Bono iustitiæ proxima est seueritas.

Seueritas enim est iustitia rigidior & exactior, nergens tamẽ ad inclementiam.

Crudelem medicum intemperans æger facit.

Aegroti intemperantia facit ut medicus cogatur ad duriora media descendere, nempe sectionem, aut vstionem, & similia.



DE CLEMENTIA & patientia.

Iniuriarum remediũ est obliuio.

Vindicta non medetur iniuriis tibi factis, sed obliuio optimè.

Id agas ne quis tuo te merito oderit.

Odium effugere non possumus: ne quis nos meritò oderit, id cauere possumus.

Ignoscere humanum, vbi pudet cui ignoscitur.

Non ignoscendum est nisi pœniteat facti.

Bis vincit qui se vincit in victoria.

Qui moderatè utitur victoria, bis uincit: primũ, hostē, deinde animum.

Fer difficilia, vt facilia leuius feras.

Exerce te rebus difficilioribus, ut alia facilius feras.

Feras, non culpes, quod mutari non potest.

Quod mutari corrigique nõ potest, id tacitè ferendum est, non uituperandum.

Dimissum quod nescitur, non amittitur.

Non est damnũ quod non percipit.

Bonum quod est, supprimitur, nequaquam extinguitur.

Veritas & iustitia premi potest ad

tempus, sed emergit postea.

Bene cogitata si excidunt, non occidunt.

Quod rectè proposueris, etiamsi ad tẽpus excidit, tamen non omnino perit.

DE METV.

Quotidie damnatur qui semper timet.

Qui sibi conscius semper timet supplicium, is quotidie damnatur.

Minus est quam seruus dominus qui seruos timet.

Infra seruos est qui seruos suos timet, nempe malè sibi conscius.

Eheu quàm miserum est fieri metuendo senem!

Miserrimũ est consenescere metu mali quod non aduenerit.

Metus quum venit, rarum habet somnus locum.

Timor abigit somnũ: aut, Non est dormitandum in periculo.

Multos timere debet quem multi timent.

Quẽ multi timẽt, hunc pauci amãt.

is igitur vicissim timeat oportet à quibus timetur.

Stultum est timere quòd vitari non potest:

Veluti mortem, aut aliud fatale incommodum.

Non citò ruina perit vir qui ruinam timet.

Non facilè opprimitur incommodo qui prçcauet incommodum, & non facilè opprimitur periculo qui periculum obseruat.

Inimicum quanuis humilem docti est metuere.

Sapientie est, non contemnere hostē quantumuis humilē. Potest enim per occasionem nocere.

Etiam capillus vnus habet vmbram suam.

Nihil est tam minutū quod non possit aliquid.

Magno cum periculo custoditur quod multis placet.

Difficile est seruare quod expetunt multi, veluti pecuniam aut formosam vxorem.

Fatetur facinus is qui iudicium fugit.

Qui detrectat iudicium, indicat se sibi conscium esse.



DE DOLORE.

Animo dolenti nihil oportet credere.

Quandiu doles, nequid tibi ipsi fidas. nihil enim sani suadet dolor. Expecta donec residat ægritudo, tum statue quid uelis loqui aut facere.

Cuiuis dolori remedium est patientia.

Omnis dolor lenitur patientia. Alia aliis malis sunt remedia: at patientia commune est malorum omnium lenimentum.

Etiam innocentes cogit mentiri dolor.

In tormentis sæpe mentiuntur etiã innocentes adacti cruciatu.

Heu, dolor quàm miser est, qui in tormẽto vocem non habet.

In tormẽtis verum exquiritur. At quidã ita torquẽtur, ut non ausint uerũ dicere, scientes quid uelit taceri qui torquet.

(uenit.

Homo nescit si dolore fortunã i-

Non sentitur dolor, quo paratur aliquid commodi.

Læso doloris remedium inimici dolor.

Suum malum minus sentit qui potest vlcisci.

DE FAMA ET gloria.

Ad calamitatem quilibet rumor valet.

Tristia facilè sparguntur in vulgus quæ recta sunt & honesta vix creduntur.

Damnum appellandum est, cum mala fama lucrum.

Lucrum cum iactura famæ damnũ est, non lucrum.

Frugalitas miseria est rumoris boni.

Esse frugalẽ rumor quidẽ bonus est, sed infelix, & parum vulgo laudatus, cui profusio magis placet. Vel Qui laudatur frugalis, is non laudatur, vt miseria accipiatur pro inopia seu penuria. Potest & sic accipi, Frugalitas est pars-

moniæ vitiū, sed sub honesto laudatóque nomine.

Laus vbi noua oritur, etiam vetus admittitur.

Si iterū rectè facies, efficies vt superiori de tè famæ fidem habeant homines.

Loco ignominiæ est apud indignum dignitas.

Honor cōmissus indigno, non honestat eum, sed magis dedecorat.

Bona fama in tenebris proprium splendorem obtinet.

Decus rectè factorum non potest obscurari. Lucet enim in ipso pectore, si non respondet opinio populi.

Bona opinio homini tutior pecunia est.

Tutius est habere bonā famā quàm diuitias.

Honestus rumor alterum est patrimonium.

Tantundē ferè valet honesta fama, quantum patrimonium.

Heu quàm difficile est gloriæ custodia.

Fama honesta facillimè contaminatur, & difficilius est eam tueri quàm parare.



DE FORTVNA ET *rebus aduersis.*

Ex hominum quæstu facta fortu na est dea.

Studium lucri facit vt fortuna credatur esse dea quæ faueat. Aut Ex questu, i. querimonia. Nã illi imputant siquid acciderit aduersi.

Fortunam citius reperias quàm retineas.

Difficillimũ est retinere fortunã ne mutetur. maior virtus est tueri parta quàm parare.

Excelsis multo facilius casus nocet.

Ex alto cadentibus periculosior est ruina. ita periculosius deiicimur ex alta fortuna.

Fortuna quum blanditur, captatum venit.

Insidiatur fortuna quũ blanda est: ita tum maximè habenda est suspecta quũ maximè prospera est.

Leuis est fortuna: citò reposcit quæ dedit.

Fortuna inconstans statim repetit & aufert si quid dedit.

Malè geriturqui cquid geritur fortunæ fide.

Quod à fortuna pendet, id parũ est firmum.

Fortuna vitrea est quæ quũ splédet, frangitur.

Vitrum quũ maximè lucet, tum facillimè frangitur: ita splendidissima fortuna minimè durabilis est.

Fortuna nimium quem fouet, stultum facit.

Magnæ felicitatis comites sunt stultitia & arrogantia.

Facit gratũm fortuna quam nemo videt.

Fortuna facit inuidiosũ, nisi lateat ergo dißimulandũm est.

Nulla tam bona est fortuna, de qua nil poßis queri.

Felicitati semper aliquid adiunctũ est incõmodi.

Legem nocens veretur, fortunã innocens.

Innocens etsi non veretur leges vt nocens, tamẽ timet fortunã, quæ nõnunquã opprimit innocẽtem.

Fortuna nulli plus quàm consilium valet.

Consilium plus efficit quàm felicitas.

Fortuna obesse nulli contenta est semel.

Nullum malum venit sine incursu alterius mali.

Nescis quid optes, aut quid fugias. ita ludit dies.

Ita ludit tempus & fortunæ vicissitudo, vt sæpe quæ putaris optima, sentias maximè nocere, & contrà.

Bona nemini hora est, vt non alicui sit mala.

Nulla fortuna secunda est, quæ non alicuius malo contingat.

Bonorum crimen est officiosus miser.

Si calamitosus est qui rectè viuit, hoc imputatur virtuti, cui ducunt aduersari fortunam.

Felix improbitas optimorum calamitas.

Quoties fortuna fauet improbis, hoc fit calamitate & malo optimorum.

Miserrima fortuna est quæ inimico caret.

Felicitas incitat inuidias. ergo cui nullus

nullus inuidet, is miserrimus sit oportet.

Nil proprium ducas quod mutari possit.

Nihil existimes verè tuum ac perpetuum quod possit auferri.

Citò improborum læta in perniciem cadunt.

Non est diuturna malorum felicitas.

In miseri vitia nulla contumelia est.

Non videtur contumelia quam facias in hominem malum & infelicem.

Grauius nocet quodcũque inexpertum accidit.

Noua mala grauius dolent.

Heu quàm pœnitenda incurrunt homines viuendo diu.

In longa vita multa accidunt quæ nolis.

Et deest & superat miseris cogitatio.

Deest, quia non vident quo pacto possint mederi malis: & superest, quia intelligunt quid debuerint cauere, sed seró.

Cui nusquam domus est, sine se-

pulcro est mortuus.

Exul qui nusquã habet domũ, perinde est ut mortuus insepultus, aut cui non est sepulcrum.

DE VICISSITVdine rerum.

Quotidie est deterior posterior dies.

Sẽper ætas uergit in peius: hoc est, mores hominum in dies magis & magis degenerant.

Lucrum sine damno alterius fieri non potest.

Vnius lucrũ, damnũ est alterius: sic item in rebus animi.

Iucundum nihil est nisi quod reficit varietas.

Nihil tam dulce quod non pariat satietatem, nisi varietate condiatur.



DE MORTE & Vita.

Dum vita grata est, mortis conditio optima est.

Tum optimũ est mori, quũ adhuc dulce est uiuere.

Homo vitæ commodatus, non donatus est.

Vita datur ad tẽpus, ut qui dedit, exigat suo iure quandocunque uelit.

Lex vniuersi est, quæ iubet nasci & mori.

Necessitas nascendi ac moriendi neminem non complectitur.

Crimen relinquit vitæ qui mortem appetit.

Videtur accusare uitã qui mortem appetit.

Mori necesse est, sed non quoties volueris.

Aliquando optant mortẽ homines quum mori non possunt.

Bis interimitur qui suis armis perit.

Magis dolet nobis calamitas, cuius ipsi ministrauimus occasionē: velu ti siquis hominem euehat ad magistratum, à quo postea subuertatur.

Malè viuunt qui se semper victuros putant.

Semper enim prorogant in crastinū, siquid est voluptatis aut bonæ rei.

Mori est felicis antequam mortē inuocet.

Ille feliciter moritur, qui tum moritur dum adhuc iucunda est vita, ac nondum huius tędio mortē optat.

Nusquam melius morimur homines, quàm vbi libenter viximus.

Ibi mori optimum, vbi iucundè viximus.

O vita misero longa, felici breuis.

Infelices laborant vitę tædio, felicibus mors ante diem videtur accidere, quòd vitę tædiū non sentiant.

Bona mors est quæ extinguit vitæ mala.

Miseris mors est optanda quoque, vt quæ finem afferat malorum.

Heu quàm est timendus qui mori tutum putat.

Qui mortem contemnit, is vehementer est timendus: propterea quòd alienæ vitæ dominus est, quisquis suæ contemptor est.

Bis emori est, alterius arbitriò mori.

Mortem naturalem æquiore animo ferunt homines: adactam, grauius.

Homo toties moritur quoties amittit suos:

Orbitas enim mors quædam est.

Hæredem scire vtilius est quàm quærere.

Præstat habere liberos quibus tua relinquas, quàm circunspicere alienos quibus tua relinquas.

DE OTIO ET Inertia.

Arcum intensio frangit, animum remissio.

Arcus frangitur si nimium tenda-

animi uires augentur exercitatione, otio franguntur.

Se denegare patriæ, exilium est pati.

Qui latet, & non uersatur in republica, is sua sponte exul est.

Nihil agere semper infelici est optimum.

Qui infortunatus est in rebus gerendis, huic optimũ est in otio uiuere.



DE AMICITIA & Concordia.

Beneuoli coniunctio animi, maxima est cognatio.

Arctius alligat mutua beneuolentia quàm affinitas sanguinis.

Amicos res opimæ parant, aduersæ probant.

Secunda fortuna conciliat amicos, aduersa explorat fictine sint an ueri.

ta crede amico ne sit inimico locus.

Ita amicum habeas, posse vt fieri inimicum putes.

Sic ama tanquã osurus. Ita confidas amico, ut si fiat inimicus, nõ multùm possit lædere.

Cum inimico nemo in gratiam citò redit.

Non est statim fidendũ inimico. facilè dissoluitur beneuolentia, at non facilè sarcitur, & ira omniũ tradissimè senescit.

Discordia fit charior concordia.

Amantiũ ira amoris redintegratio est.

Nimium altercando veritas amittitur.

Moderata disceptatione ueritas excutitur: at immoderata perditur.

Amici vitia si feras, facis tua.

Tibi imputabitur quicquid peccat amicus, quum non admoneas.

Ames parentem si æquus est: si aliter, feras.

Bonũ parentem ama, difficilem tolera, vel ob hoc quia pater est. Equus dixit pro commodo & humano.

Auxilia humilia, firma consensus facit.

Cõcordia fortia facit etiã quæ sunt imbecillia: contrà, discordia maximas opes debilitat.

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Iucundus confabulator facit vt nõ sentias viæ tædium, perinde acsi vehiculo porteris.

DE AMORE ET Fœmina.

Amor animi arbitrio sumitur, nõ ponitur.

Nobis in manu est nõ incipere amare: ubi cœperis, iam seruus es, nec potes excutere quum velis.

Amor extorqueri non potest, elabi potest.

Amor non potest subitò usque expelli; sed paulatim potest elabi.

Amare & sapere vix deo conceditur.

Non est eiusdē amare & sanę mentis esse.

Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.

Amans sine indicio cupit, nec expendit salubre sit, an perniciosum id quod cupit.

Amare iuueni fructus est, crimen seni.

Amor, voluptas est in iuuene, scelus in sene, non voluptas.

Amans quod suspicatur, vigilans somniat.

Qui amant ipsi somnia fingunt, & inani spe sibi blandiuntur.

Ab amante lacrymis redimas iracundiam.

Amans iratus lacrymis placatur.

Amans iratus multa mētitur sibi.

In amore semper mendax iracundus est.

Multa enim cōstituit in animo quæ non præstat postea.

Blanditia, non imperio, fit dulcis Venus.

Iucundum est quum ex animo quis redamatur, non quum extorque-

tur mulieris obsequium.

Amoris vulnus idem sanat qui facit.

Desiderii vulnus sanat idem qui fecit, si sui copiam faciat.

Formosa facies muta commendatio est.

Fauetur enim formosis etiam si nihil dicant.

Aut amat aut odit mulier, nihil est tertium.

Mulier nimis est vehemens in vtramque partem animal affectibus obnoxium.

Apertè quum est mala mulier, tum demum est bona.

Fucatum & fraudulentum est animal mulier, eóque minimè noxia quum palàm est mala. Indicat hic nullam esse bonam.

Mulier quum sola cogitat, malè cogitat.

Mulier apud se cogitabunda, aliquid mali voluit in animo.

Malo in consilio fœminæ vincunt viros.

In rebus malis plus sapiunt fœminæ quàm viri.

Dedifcere flere fœminam, eft mẽdacium.

Id eft, fœmina nunquã hoc dedifcit.

Fœminæ naturam regere, defperare eft omnium.

Omnes defperant fe poffe regere mulieris ingenium.

Cafta ad virum matrona parendo impetrat.

Pudica vxor hoc impetrat obfequio fuo, vt quicquid velit faciat maritus: & magis impetrat quum obfequitur, quàm quum exigit.

Habent locum maledicti crebræ nuptiæ.

Vulgus malè fentit de muliere fæpius nupta.

Mulier quæ nubit multis, multis non placet.

Malè audiunt vulgò mulieres quæ fæpius mutant maritum. Aut infelices funt, aut incontinentes, aut inconftantes, aut morofæ.

Anus quum ludit, morti delicias facit.

Anum vicinam morti non decet lufus. videtur enim mortem delectare velle.

CATALOGVS COMICORVM LATINORUM è quibus excerpti sunt præcedentes versus.

INDEX CAPITVM ad quæ sententiæ P. Syri referendæ existimantur: ordine alphabetico digestus.

Index sententiarum Graecarum ordine alphabetico digestus.

A

B

M

N

O

P.

V

Finis ·

Joannes · Jacobus · Chifflet ·